Esta edicion la cita Brunet en el tom 3º de 1862, pag. 1532, al fin, y supone la primera edit. cree que se imprimio en Estella a 1546, pero Salvá Santander, tomo 3º pag 74, cree que se imprimio en Valencia y que es la primera edicion de estas obras reunidas, y que fue hecha en 1575. Parecer que la que es edicion Princeps; pero solamente que sea la fecha, todos consienten en que es edicion muy rara.

IVSTINI HISTORICI CLARISSIMI IN TROGI POMPEII HISTORIAS EXORDIVM.

VM multi ex Romanis etiam consularis dignitatis uiri res romanas græco peregrinoq; sermone in historiam contulissent: seu æmulatione gloriæ: seu uarietate & nouitate operis delectatus uir priscæ eloquentiæ Trogus Pompeius græcas & totius orbis historias latino sermone cōposuit: ut cum nostra græce: græca quoq; nostra lingua legi possent: prorsus rem magnā: & animi & corporis aggressus. Nam cū plerisq; auctoribus singulorum regum uel populorū res gestas scribentibus opus suum ardui laboris uideretur: non ne Pompeius nobis herculea audacia orbem terrarum aggressus uideri debet: cuius libris omniū sæculorum: regum: nationū: populorumq; res gestæ continentur: Et quæ historici græcorum prout cōmodum cuiq; fuit inter se gregatim occupauerunt: omissis quæ sine fructu erant: ea omnia Pompeius diuisa temporibus: & serie rerū cōgesta composuit. Horum igitur quattuor & .xl. uoluminum (nam totidem edidit) per ocium quo in urbe uersabamur cognitione quæq; digna excerpsi. Sed omissis his quæ nec cognoscendi uoluptate iucunda nec exemplo erant necessaria: breue ueluti corpusculū florum feci: ut haberēt & qui græca didicissent: quo admonerent: & qui nō didicissent: quo instruerentur. Quod ad te non tam cognoscendi: q̄ emendandi causa transmisi: simul & ocii mei: cuius & Cato reddendam operam putat: apud te ratio constaret. Sufficit enim mihi in hoc tempore iudiciū tuum apud posteros: cum obtrectationis inuidia decesserit, industriæ testimonium habituro.

Trogi historia

Quattuor & quadraginta uolumina scripsit trogus

IVSTINI HISTORICI IN POMPEII TROGI HISTORIAS LIBER I.

Rincipio rerum: gentium: nationumq; imperium penes reges erat: quos ad fastigiū huius maiestatis non ambitio popularis: sed spectata inter bonos moderatio prouehebat: populus nullis legibus tenebatur: arbitria principū pro legibus erant. Fines imperii tueri magisquā proferre mos erat. Intra suam cuiq; patriam regna finiebantur. Primus omnium Ninus rex assyriorum ueterem & quasi auitum gentiū morem noua imperii cupiditate mutauit. Hic primus intulit bella finitimis & rudes adhuc ad resistendū populos terminos usq; libyæ perdomuit. Fuere qdem temporibus antiquiores: Vexores rex ægypti: & scythiæ rex Tanais: quorum alter in pontum: alter usq; ægyptum excessit: sed longinqua nō finitima bella gerebant: nec imperium sibi sed populis suis gloriam quærebant: contentiq; uictoria imperio abstinebant. Ninus magnitudinē quæsitæ dominationis continua possessione firmauit. Domitis igitur proximis: cum accessione uirium fortior ad alios transiret: & proxima quæq; uictoria instrumētum sequentis esset: totius orientis populos subegit. Postremum illi bellum cum Zoroaste rege bactrianorum fuit. qui primus dicitur artes magicas inuenisse: & mundi principia: syderumq; motus diligētissime spectasse. Hoc occiso & ipse decessit: relicto impubere adhuc filio Nino: ex uxore Semiramide. Hæc nec immaturo puero ausa tradere imperium: nec ipsa imperium palam tractare: tot ac tantis gētibus uix patienter uni uiro: nedū fœminæ parituris simulat se pro uxore Nini filiū: pro fœmina puerum: Nam & statura utriq; mediocris: & uox pariter gracilis: & lineamētorum qualitas matri ac filio similis. igitur brachia ac crura uelamentis: tiara caput tegit: & ne nouo habitu aliquid occultare uideret: eodē ornatu & populum uestiri iubet: quem morem uestis exinde gens uniuersa tenet. Sic primis initiis sexum mentita puer credita est. Magnas deinde res gessit: quarum amplitudine ubi inuidiam superatam putat: quæ sit fatetur: quemue simulasset. Nec hoc illi dignitatem regni ademit: sed admirationem auxit q̄ mulier non fœminas modo uirtute: sed etiam uiros anteiret. Hæc babyloniā cōdidit: murūq; urbis cocto latere circundedit: harena: pice: bitumine interstrato: quæ materia in illis locis passim e terra exæstuat. Multa alia præclara huius reginæ fuere. Siquidem nō contēta acquisitos a uiro regni terminos tueri: æthiopiā quoq; regno suo adiecit. Sed & indiæ bellum intulit: quo præter illam: & Alexandrum magnum nemo intrauit. Ad postremum quū concubitum filii petisset: ab eodem interfecta est. ii. & .xl. annos post Ninum regno potita. Filius eius Ninus contentus elaborato a parentibus imperio belli studia deposuit: & ueluti sexum cum matre mutasset: raro a uiris uisus in fœminarum turba consenuit. Posteri quoq; eius exempla secuti responsa gentibus per internuncios dabant. Imperium assyrii: qui postea syri dicti sunt: annos. M ccc. tenuere. postremus apud eos regnauit Sardanapalus uir muliere corruptior. Ad hunc uidendum (quod nemini ante eum permissum fuerat) præfectus ipsius medis præpositus nomine Arbactus: cū admitti magna ambitiōe ægre obtinuisset: inuenit eū inter scortorum greges purpurā colo nentē, & muliebri habitu: cū mollitia corporis & oculorū lasciuia omnes fœminas anteiret: pensa inter uirgines partientē. Quibus uisis indignatus tali fœminæ tantum uirorum subiectum. tractantiq; lanā ferrum & arma portantes parere: progressus ad socios suos: quid uiderit refert. Negat se ei parere posse: qui se fœminam malit esse q̄ uirum. Fit igitur coniuratio. Bellū Sardanapalo infert: quo ille audito: non ut uir regnum defensurus: sed ut metu mortis

Arbitria principū p legibus erant

Vide ne terminus usq; libye sit legēdum

Tanais rex scythiæ

Babylonis conditio

Assyrii olī inde Syri dicti

Sardanapalus

Arbactus

Sardanapali exitus

mulieres solent:primo latebras circunspicit. Mox deinde cum paucis & incompositis in bellum progreditur. Victus in regiã se recipit:& extructa pyra se & diuitias in incẽdiũ mittit. Hoc solo imitatus uirũ. Post hæc statuitur rex interfector eius Arbactus:qui præfectus medorũ fuerat. Is imperiũ ab assyriis ad medos trãsfert.

Astyages — Post multos deinde reges per ordinẽ successionis regnũ ad Astyagen descendit. Hic per somniũ uidit ex naturalibus filiæ:quam unicam habebat uitẽ enatã:cuius palmite omnis Asia obumbrabatur. Consulti arioli:ex eadem filia nepotem ei futuꝝ:cuius magnitudo prænũciatur:regnũq; ei amissionem portendi responderunt. Hoc responso perteritus neq; claro uiro neq; ciui dedit filiã:in paterna maternaq; nobilitas nepotis aĩum extolleret:sed de gẽte obscura tunc tẽ

Cambyses — poris persaꝝ Cambysi mediocri uiro ĩ matrimoniũ tradidit. Ac nec siquidẽ somnii metu deposito grauidã ad se filiam accersit: ut sub aui potissimũ cõspectu fœtus necaretur. Natus ĩfans datur occi

Harpagus — dẽdus Harpago regis omniũ cõsiliorũ participi. Is ueritus si ad filiã mortuo rege uenisset imperium: eo quod nullũ Astyages uirilis sexus genuerat:ne illa necati infantis ultionẽ:quam a patre nõ potuisset:a ministro exigeret:pastori regii pecoris puerũ exponẽdũ tradidit:forte eodem tempore & ipsi pastori filius natus erat:Eius igit̃ uxor audita regii infantis expositione summis precibus rogat sibi afferri ostẽdiq; puerũ:cuius præcibus fatigatus pastor reuersus in siluã inuenit iuxta infantem canem fœminã paruulo ubera præbentẽ:& feris & alitibus defendentẽ. Motus etiam ipse misericordia:qua motã ipsam canẽ uiderat:puerũ defert ad stabulũ:eadẽ cane anxie prosequẽte:quẽ ut in manum mulier accepit:ueluti ad notã allusit:tantusq; in illo uigor & dulcis quidã blandientis risus apparuit: ut pastorẽ uxor ultro rogaret:quo suum partũ pro illo expõeret:permitteretq; sibi siue fortunæ ipsius

Atẽ. cyri fortunam — siue spei suæ pueꝝ nutrire. Atq; ita permutata forte paruuloꝝ hic pro filio pastoris educat̃ ille ꝓ nepote regis exponitur. Nutrici Sparcon postea nomẽ fuit:quia canẽ persæ sic uocãt. Puer deinde cum inter pastores esset:Cyri nomẽ accepit. Mox rex inter ludentes sorte delectus cũ ꝑ lasciuiã cõtumaces flagellis cecidisset a parẽtibus puerorũ querela est regi delata indignãtibus a seruo regio ingenuos homines seruilibus uerberibus affectos. Ille accersito puero & ĩterrogato. cũ nihil mutato uultu fecisse se ut regẽ respondisset:admiratus constantiam in memoriã somnii responsiq; reuocat̃. Atq; ita cum & uultus & similitudo & expositionis tempus & pastoris confessio conuenirent:nepotem agnouit. Et quoniam defunctus sibi somnio uideretur agitato inter pastores regno animum minacẽ dũtaxat in illo fregit. Cæterum Harpago amico suo infestus in ultionem seruati nepotis filium eius

Atẽ. astyagis ultionẽ — interfecit:epulandũq; patri tradidit. Sed Harpagus ad præsens tempus dissimulato dolore odium regis in uindictæ occasionem distulit:Interiecto demũ tempore cum adoleuisset Cyrus dolore orbitatis admonitus scribit ei:ut relegatus in persas ab auo fuerit:ut occidi eũ paruulũ auus iusserit:ut beneficio suo seruatus sit:ut regem offenderit:ut filium amiserit. Hortatur exercitũ paret: & pronã ad regnum uiam ingrediatur:medorum transitionem pollicitus:epistolaq; quia palam ferri nequibat: regis custodibus omnem aditum obsidentibus exenterato lepori inseritur:lepusq; in persas Cyro ferendus fido seruo traditur. addita sunt rætia. ut sub speciem uenationis dolus lateret. Lectis ille epistolis eandem uiam somnio aggredi iusus est. Sed præmonitus ut quem primum postea die obuium haberet:socium cœptis assumeret. Igitur ante lucano tempore ruri iter ĩgressus obuiũ habuit seruũ

Sybaris — de ergastulo cuiusdam medi nomine Sybarem. Huius requisita origine ut in persis genitũ audiuit demptis compedibus assumptoq; comite Persepolim urbem egreditur. Ibi conuocato populo iubet omnes præsto cum securibus esse:& siluam uiæ circundatam excidere:quod cum strenue effecissent eosdem postera die apparatis epulis inuitat:deinde cum alacriores ipso conuiuio factos uideret:rogat:ut si conditio proponatur:utrius uitæ sortem legant hesterni ne laboris an præsentium epularũ præsentium ut acclamauere omnes:ait:hesterno similem labori omnem uitam acturos quoad me

Persæ a medis deficiũt — dis pareant. se secutos hodiernis epulis. Lætis omnibus medis beliũ infert. Astyages meriti in Harpago oblitus summam belli eidem committit:qui exercitum acceptum statim Cyro per deditionẽ tradidit:regis crudelitatem perfidia defectionis ulciscitur:Quod ubi Astyages audiuit contractis undiq; auxiliis ipse in persas proficiscitur:& repetito alacrius certamine pugnantibus suis partem exercitus a tergo ponit:& terguersantes fero agi in hostes iubet:ac nunciat suis ni uincerint nõ minus fortes etiam post terga inuenturos q̃ a frontibus uiros:proinde uideant fugientibus hæc an illa pugnantibus acies rumpenda sit. Ingens post necessitatem pugnandi animus exercitui eius accessit. Pulsa ita

Atẽ. fœminarum facinus ĩ persas fugientes — q; cum persarum acies paulatim cederet:mares & uxores eoꝝ obuiam occurtunt:orant in prælium reuertantur:cunctantibus sublata ueste obscœna corporis ostendũt:rogantes num in uteros matrũ uel uxorũ uelint refugere. Hac repressi castigatione in prælium redeũt:& facta impressione quos fugiebant:fugere compellunt. In eo prælio astyastes capitur:cui cyrus nihil aliud nisi regnum abstulit nepotemq; in illo magis q̃ uictorem se gessit:eumq; maxime genti hircanorum præposuit. Nam ip

Cp iat̃ astyages — se reuerti in medos noluit. Hic finis medoꝝ imperii fuit:Regnauerũt annis. cccl. In initio regni Cyrus Sybarem cæprotum quẽ iuxta nocturnum uisum ergastulo liberauerat:comitemq; in omnibus rebus habuerat: Persis ꝓposuit:sororemq; suam ei in matrimoniũ dedit. Sed ciuitates:quæ medoꝝ tributariæ fuerant:mutato imperio etiã conditionẽ suã mutatã arbitrantes a Cyro defecerunt:quæ

res multorum bellorum Cyro causa & origo fuit. Domitis demum plærisq; cũ aduersus babylonios bellum gererent. Babylonus rex lydorum Crœsus: cuis opes diuitiæ insignes ea tẽpestante erant: in auxilium uenit. uictoq; iam de se sollicitus in regnum refugit. Cyrus quoq; post uictoriam compositis in babylonia rebus bellum transferet in lydiam. Ibi fortuna prioris prælii percussum iam Crœsi exercitũ nullo negocio fundit. Crœsus ipse capitur: sed quanto bellorum minoris periculi: tanto & mitior uictoria fuit. Crœso & uita & patrimonii partes & urbs Barœ concessa sunt: in qua & si non regiam uitam: tamen & proximam maiestati regiæ degeret. Hec clæmentia nõ minus uictori q̃ uicto utilis fuit. Quippe ex uniuersa græcia cognito q illatũ Crœso bellum esset: auxilia uelut ad commune extinguendum incendium confluebant: Tantus Crœsi amor apud omnes urbes erat: ut passurus Cyrus graue bellum græciæ fuerit: si quid in Crœsum crudelius consuluisset. Interiecto deinde tempore occupato in aliis bellis Cyro rebellauere lydii: quibus iterum uictis arma & equi adẽpti iussiq; cauponias ludicras artes & lenocinia exercere. Et sic gens industria quondam potens & manu strennua effœminata mollicie luxuriaq; uirtutem pristinam perdidit. Et quos ante Cyrum inuictos bella præstiterant: in luxuriam lapsos ocium ac desidia superauit. Fuere lydiis multi ante Crœsum reges uariis casibus memorabiles: nullus tamẽ fortunæ Candauli comparandus qui cum uxorem suã: quã propter pulchritudinem nimium diligebat: omnibus prædicaret: non contentus uoluptatum suarũ tacita conscientia; nisi etiam matrimonii reticenda publicaret prorsus quasi silentium damnũ pulchritudinis esset: ad postremum ut affirmatione suæ fidem faceret: eam Gygi sodali suo nudam demonstrauit. Quo facto & amicum in adulterum uxoris illectum hostem sibi fecit. & uxorem ueluti tradito alii amore a se alienauit. Nam breui post tempore cædes Candauli nuptiarum premium fuit. Vxor mariti sanguine dotata regnũ uiri & se pariter adultero tradidit. Cyrus subacta Asia & uniuerso oriẽte in potestatẽ redacto scythis bellum intulit. Erat autem eo tempore scytharũ regina Tomiris: quæ non muliebriter aduentu hostium territa cum prohibere eos posset: uadum Araxis fluminis transire permisit: & sibi feliciorem pugnam inter regni sui terminos rata: & hostibus obiectum fluminis fugam difficiliorẽ. Itaq; Cyrus transiectis copiis cum aliquantisper in scythiam processisset castra metatus est. Deinde postera die cum simulato metu & quasi refugiens castra deseruisset: uinum affatim & ea quæ erant epulis necessaria reliquit. Quod cum nunciatum reginæ esset: adolescentulum filium ad insequendum eum cum tertia parte copiarum mittit. Cũ uentum ad Cyri castra esset ignarus rei militaris adolescens ueluti ad epulas non ad prælium uenisset: omissis hostibus insuetos barbaros uino onerare se patitur. Priusq; scythæ ebrietate q̃ bello uincuntur. Nam cognitis his Cyrus reuersus per noctem saucios opprimit. omnesq; scythas cũ reginæ filio interfecit. Amisso tanto exercitu & quod grauius dolendum unico filio Tomyris orbitatis dolorem nõ in lacbrymas effundit: sed in ultionis solatia intendit. Hostesq; recẽti uictoria exultãtes pari insidiarũ fraude circũdedit. Quippe simulata diffidentia propter uulnus exceptum refugiens cyrum adusq; angustias perduxit. Ibi cõpositis in montibus insidiis ducenta milia persarum cum ipso Rege trucidauit. In qua uictoria etiam illud memorabile fuit: quod neq; nuncius tantæ cladis q̃dẽ superfuit. Caput Cyri amputatũ in utrẽ humano sanguine repletum cõiici regina iubet cũ hac exprobratione crudelitatis. Satia te sanguine inquit: quem sitisti: cuiusq; insatiabilis semper fuisti. Cyrus regnauit annis. xxx. nõ initio tantũ regni: sed continuo totius tẽporis successu admirabiliter insignis. Huic successit filius Cambyses: q imperio patris ægyptũ adiecit: sed offensus superstitionibus ægyptiorum Apis cæterorũq; deorũ ædes dirui iubet. Ad ammonis quoq; nobilissimũ templũ expugnandũ exercitũ mittit: qui tempestatibus & harenarum molibus oppressus interit. Post hæc per quietem uidit fratrem suũ Mergidẽ regnaturũ quo somnio exteritus non dubitauit post sacrilegia etiã parricidium facere. Erat enim difficile ut parceret suis, qui contemptu religionis crassatus etiam contra deos fuerat. Ad hoc tam crudele ministerium magnũ quendã ex amicis delegit nomine Comanm. Interim ipse gladio sua sponte euaginato in femore grauiter uulneratus occubuit: pœnasq; luit seu imperati parricidii: seu sacrilegii perpetrati. Quo nuncio accepto magus ante famã amissi regis occupat facinus: prostratoq; Mergide cui regnũ debebatur: fratrem suum subiecit Horropastem. Erat enim oris & corporis liniamentis per similis: ac nemine subesse dolum arbitrante pro Mergide rex Horopastes cõstituitur. Quæ res eo occultior fuit: quod apud persas personas regis sub speciem maiestatis occulitur. Igitur magi ad fauorem populi conciliandũ tributa & militiæ uacationem in triennium remittunt: ut regnum quod fraude quæsierant indulgentia & largitionibus confirmarent: quæ res suspecta primo Orthani uiro nobili & in coniectura sagacissimo fuit. Itaq; per internuncios quærit a filia: quæ inter regias pellices erat: an Cyri regis filius rex eẽt. Et illa nec se scire ipsam ait: nec ex alia posse cognoscere: quia singulæ seperatim recludantur. Tum pertractare dormienti caput iubet. Nã mago Cambyses aures utrasq; perciderat. Factus deinde per filiam certior sine auribus esse regem omnatibus persarum rem indicat: & in cædem falsi regis impulsos sacramento religionis obstringit. Septem tantum conscii fuere huius coniurationis: q ex cõtinẽti ne dato in pœnitẽtia spatio res p quẽquã narraret; occultato sub ueste ferro ad regiã pergunt: ibi obuiis interfectis ad magos perueniunt. Quibus oẽ ipsis q̃dẽ animus in auxilium

Crœsus babylonus auxilio uenit

Crœsus capitur

Ast. cyri iperiũ in lydios iterũ uictos

Cadaules

Gyges

Tomyris

Cyri cõsilium ĩ capiẽdo hoste

Cyrus cũ cc. millibus persarũ cæditum

Cambyses Rex

Herodotus hunc smerdem semp appellat nõ mergidem

Hunc quoq; oranem herodotus uocat

Herodotus uulneratos ait non interfectos

suum defuit. Siquidem stricto ferro duos de coniuratis interficiunt. Ipsi tamen corripiuntur a pluribus: quorum alterum Gobryas amplexus magū cunctantibus sociis ne ipsum pro mago transfoderent: quia res obscuro loco gerebatur: uel per suum corpus adigi mago ferrum iussit. Fortuna tamen ita regente illo incolumi magus interficitur: Occisis magis magna quidē gloria recuperati regni principum fuit: sed multo maior in eo: quod cum de regno ambigerent concordare potuerunt: Erant enī & uirtute & nobilitate ita pares: ut difficilem ex his populo electionē æqualitas faceret: ipsi igitur uiā inuenerunt: qua de se iudicium religioni & fortunæ cōmitterēt: Pacti inter se sunt die statuta omnes equos ante regiam primo mane perducerent: & cuius equus ante solis ortum hinnitum prius edidisset his rex eēt.

Persæ solē pro deo uenerantur

Nā & solē unū deū psæ esse credūt: & equos eidē deo sacratos ferūt. Erat inter coniuratos Darius Hystaspis filius: cui de regno sollicito equi custo ait: si ea res uictoriam moraretur: nil negocii superesse: perinde nocte equam pridie ante cōstitutam diē ad eundem locum ducit: ibiq; equæ equum admittit: ratus ex uoluptate ueneris futurum: quod euenit. Postera die cū ad statutā horā omnes uenissent. Darii equus cognito loco ex desyderio fœminæ hinnitū statim edidit: & segnibus aliis felix auspiciū domino primus emisit: Tanta moderatio cæteris fuit: ut audito auspicio cōfestim eqs desilierint: & darium regem salutarint: populus quoq; uniuersus secutus iudicium principum eundē cōstituit regem.

Darius rex declaratur

Sic regnū persaꝝ septem nobilissimoꝝ uirtute quæsitum tam leui momēto in unū collatum est. Incredibile prorsus pro tanta pietate gessisse eos quod ut eriperent a magis mori nō recusarent: q̄q̄ propter formā uirtutēq; hoc imperio dignatu & cognatio Dario iuncta cum pristinis regibus fuit. principio igitur regni Cyri regis filiam regalibus nuptiis regnum firmaturus in matrimonium recepit: ut non tam in extraneum translatum q̄ in familiam Cyri reuersum uideretur. Interiecto deinde tempore cum assyrii desciuissent: & babyloniā occupassent: difficilisq; urbis expugnatio esset: æstuante rege unus de interfectoribus magorum zopyrus nomine domi se uerberibus lacerari toto corpore iubet: Nasum & labia & aures sibi præcidi: atq; ita regi inopinanti se offert.

Zopyri facinus

Attonitū & quærentem Darium causas auctoremq; tam fœde lacerationis tacitus quo proposito fecerit edocet formatoq; in futurum consilio transfugæ titulo babyloniam proficiscitur: ibi ostendit populo laniatum corpus. Queritur crudelitatem regis a quo in regni portione non uirtute sed auspicio: nō iudicio hominum sed hinnitu equi superatus sit. Iubet illos ex amicis exemplū capere qd hostibus cauendum sit. Hortatur ne mœnibus magis q̄ armis confidant: patianturq; se cōmune bellū recentiore ira gerere. Nota nobilitas uiri pariter & uirtus omnibus erat: nec de fide timebant cuius ueluti pignora uulnera corporis & iniuriæ notas habebant. Construitur ergo dux omnium suffragio & accepta parua manu semel atq; iterum cedentibus ex consulto persis secunda prælia fecit. Ad postremū uniuersum sibi creditum exercitum regi prodit: urbemq; ipsam in potestatē eius redegit.

Babylon Zopyri artex recipit

Post hæc Darius rex bellum scythis infert: quod sequenti uolumine referetur.

IVSTINI HISTORICI LIBER SECVNDVS.

i

N relatione rerum a scythis gestatum: quæ satis amplæ satis amplæ magnificæq; fuerūt: principium ab origine repetendum est. Non enim minus illustria initia q̄ imperiū habuere nō uirorum imperio magisquā fœminatum uirtutibus claruere. Quippe cum ipsi parthos bactrianosq;: fœminæ autem eorum amazonum regna condiderint: prorsus ut res gestas uirorum mulierumq; considerantibus incertū sit: uter apud eos sexus illustrior fuerit.

Scythaꝝ & Aegyptiorū uetustas

Scytharum gens antiquissima semper habita: quāquā inter scythas & ægyptio diu cōtentio de generis uetustate fuerit: ægyptiis prædicantibus initio rerum cum aliæ terræ nimio feruore solis arderent: aliæ rigerent frigoris immanitate: ita ut non modo generare homines sed ne aduenas quidem recipere ac tueri possent: prius q̄ aduersus calorem: uel frigus uelamenta corporis inuenirentur: uel locorum uitia quæsitis arte remediis mollirentur: Aegyptum ita temperata semper fuisse: ut neq; hyberna frigora. nec æstiui solis ardore incolas eius premerent.

Aegyptiorū argumēta

Solum ita fœcundum: ut alimentorum nulla terra feracior sit in usus hominum. Iure igitur ibi primū homines natos uideri debere: ubi educari facillime possent. Cōtra scythæ cæli tēpamēt ínullū eē uetustatis argumentū putabāt. Quippe naturā cū primū īcremēta caloris & frigoris regiōibus distinxerit: statī ad locoꝝ panētiā aīalia quoq; generasse: sed arborum atq; frugum pro regionum conditione apte genera uariata. Et quanto scythis sit cælum asperius q̄ ægyptiis: tanto & corpora & ingenia esse duriora Cæterū si mundi quæ nūc partes sunt: aliquando unitas fuit: siue illuuies aquarū principio rerū terras obrutas tenuit: siue ignis qui & mundum genuit: cuncta possedit: utriusq; primordii scythas origine præstare. Nam si ignis prima possessio rerum fuit:

Scytharum argumenta

qui paulatim extinctus sedem terris dedit nullam priusquam septentrionalē partem hyemis frigore ab igne secretam: adeo ut nunc quoq; nulla magis rigeat frigoribus. Aegyptū uerum & totum orientem tradissime temperatum: quippe qui etiam nunc torrenti calore solis exæstuet. Quod si omnes quondam terræ summersæ profundo fuerunt: profecto editissimam quinque partem decurrentibus aquis prius detectam: humillimo autem solo eandem aqua diutissime immo-

ratam. Et quanto prior quæq; pars terrarum siccata sit: tanto prius animalia generare cœpisse. Porro
scythiam adeo editiorem omnibus terris esse: ut cuncta flumina ibi nata in mare mæoticum: tũ dein
de in ponticum & in ægyptium mare decurrãt. Aegyptum autem quæ tot regum tot sæculorum cu
ra imperiisq; munita sit: & aduersus uim decurrentium aquarum tantis instructa molibus tot fossis
concisa ut cum his arceantur: illis recipiantur aquæ: nihilominus coli nisi excluso nilo non potuerit: De Aegypto exaggerata uide Herodotũ
nec possit uideri hominum uetustate ultimam. quæ exaggerationibus regum siue nili trahentis limũ
terrarum recentissima uideatur. His igitur argumentis superatis ægyptiis antiquiores semper scythæ
uisi. Scythia in orientẽ porrecta includitur ab uno latere ponto: & ab altero montibus riphæis. A ter
go asia & phasi flumine multum in longitudinem & latitudinem patet. Hominibus inter se fines nul
li: neq; enim agrum exercent: nec domus illis ulla aut tectum aut sedes est. Armenta & pecora semper Scytharum ritus
pascentibus & per incultas solitudines errare solitis: uxores liberosq; secum plaustris uehũt. Quibus
coriis imbrium hyemisq; caula tectis pro domibus utuntur. Iusticia gẽtis ingeniis culta non legibus.
Nullum scelus apud eos furto grauius: quippe sine tecto munimentoq; pecora & armenta habẽtibus
quid saluum esset: si furari liceret. Aurum & argentum perinde aspernantur: ac reliqui mortales appe
tunt: lacte & melle uescuntur. Lanæ iis usus ac uestium ignotus: & quãquã cõtinuis frigoribus uran-
tur: pellibus tamen ferinis aut murinis uestiuntur. Hæc continentia illis: morum quoq; iusticiam de
dit nihil alienũ cõcupiscentibus. Quippe diuitiarum cupido ibi est: ubi & usus. Atq; utinaq; reliquis Scytharũ iusticia & abstinentia
mortalibus similis moderatio & abstineotia alieni foret. Profecto non bellorum tantum per omnia
sæcula terris omnibus continuaretur: neq; plus hominum ferrum & arma q̃ naturalis fatorum cõdi
tio raperet: Prorsus ut admirabile uideatur hoc illis naturam dare: quod græci longa sapientum do-
ctrina præceptisq; philosophorum consequi nequeunt: cultosq; mores incultæ barbariæ collatione
superari. Tanto plus in illis proficit uitiorum ignoratio q̃ in his cognitio uirtutis. Imperium asiæ ter
quæsiuere scythæ: ipsi perpetuo ab alieno imperio aut intacti aut inuicti mansere. Darium regem per
sarum turpi a scythia summouere fuga. Cyrum cum omni exercitu trucidarunt: Alexandri magni du
cem Cæpyronam pari ratione cum copiis uniuersis deleuerunt: Romanorum audiuere: non sensere
arma: Mox parthicum & bactrianum imperiũ ipsi condiderunt: gens & laboribus & bellis aspera. Vi
res corporum immensæ: nihil parauere: quod amittere timeant: nihil uictores præter gloriam concu Scythæ ro: arma audiuere nõ sensere
piscunt. Primus scythis bellum indixit Vexores rex ægyptius missis prius legatis: qui hostibus parẽ-
di legem dicerent. Sed Scythæ iam antea de aduentu regis a finitimis certiores facti: legatis respon-
dent. Tã opulenti populi ducem stollide aduersus inopes occupasse bellum: quod magis domi fuerit
illi timendum: quod belli certamen anceps: præmia uictoriæ nulla damna manifesta sint. Igitur non
expectaturos scythas: ut ad se ueniatur: cum tanto sibi in hoste plura concupiscenda sint: ultroq; pro
dituros obuiam. Nec dictores morata: quos cum tanta celeritate uenire rex didicisset: in fugam uer- Vexoris fuga
titur: & exercitu cum omni apparatu belli relicto: in regnum trepidus se recepit. Scythas ab ægypto
paludes prohibuere. Exinde reuersi asiam perdomitam uectigalem fecerunt: modico tributo: magis
in titulum imperii: q̃ in uictoriæ præmiũ imposito quindecim annis pacandæ asiæ morati: Vxorũ fla-
gitatione reuocaotur: per legatos denunciantium ni redeant: sobolem se ex finitimis quæsituras. nec
passuras ut in posteritatem scytharum genus per fœminas intercidat. His igitur asia per mille quin-
gentos annos uectigalis fuit: pendendi tributi finem Ninus rex assyriorũ imposuit. Sed apud scythas
medio tempore duo regii iuuenes Plinos & Scholopytus per factionem optimatum domo pulsi ĩgẽ-
tem iuuentutem secum traxere: & in cappadociæ ora iuxta amnem thermodoonta consedere: subie-
ctosq; themiscyreos campos occupauere. Ibi per multos annos spoliare finitimos consueti: conspira- Amazonũ origo
tione populorum per insidias trucidantur. Horum uxores cum uiderent exilio suo additam orbita-
tem arma sumpsere: finesq; suos summouentes primo: mox inferẽtes bella defendunt. Nubẽdi quo-
q; finitimis animum omisere: seruitutem non matrimonium appellantes: singulare omnium seculo-
rum exemplum. Auxere rempublicam sine uiris: iam etiam cum contemptu uirorum se tuẽtur: & ne
feliciores aliæ aliis uiderentur: uiros: qui domi remanserant: interficiunt. Vltionem quoq; cæsorum
coniugium excidio finitimorum cõsequunt. Tũc pace armis quæsita ne gens interiret: concubitum
finitimorum ineunt: Si qui mares nascerentur interficiebantur. Virgines in eundem ipsum morem
nõ ocio neq; lanificio. sed armis: equis uenationibus exercebant: inustis ĩfantium dexterioribus mã-
mis: ne sagittarum iactus impediretur: unde amazones dictæ sunt. Duæ reginæ his fuere Marthesia
& Lampedo q̃ in duas partes agmine diuiso inclytæ iã opibus uicibus gerebãt bella sollicitæ terminos
alternos defendentes: & ne successibus deesset auctoritas generatas se marte prædicabant. Itaq; maio Amazonũ successus
re parte Europæ sobacta asiæ quoq; nonnullas ciuitates occupauere. Ibi ephæso multisq; aliis urbi-
bus conditis partem exercitus cum ingenti præda domum remittunt. Reliquæ quæ ad tuendũ asiæ
imperium remanserant: concursu barbarorum cum Marthesia regina interficiũtur. In cuius locum
filia eius Orithya regno succedit. Cui præter singularem belli industriã eximia seruatæ ĩ omne æuũ
uirginitatis admiratio fuit. Huius uirtute tantum additum gloriæ & famæ amazonibus est: ut Her- Orithya

culi rex cui.xii.stipendia debebat:quasi impossibile imperauerit:ut arma reginæ amazonũ sibi afferret.Igitur eo profectus longis nouem nauibus comitante principum græciæ iuuentute inopinantes aggreditur.Duæ ex quattuor tunc sorores amazonum regna tractabant:Antiope & Orithya:quarũ Orithya foris bellum gerebat.Igitur cum Hercules ad littus amazonum applicuisset infrequens multitudo cum Antiopa regina nihil hostile metuente erat.Quare effectũ est ut paucæ repentino tumultu excitatæ arma sumerẽt:facilemq; uictoriã hostibus darent.Multæ itaq; cæsæ captæq; i his duæ captæ sũt Antiopæ sorores Menalippe ab Hercule:Hippolyte a Theseo.Sed Theseus obtentã ĩ præmiũ captiuam eandem in matrimonium assumit:ex ea genuit Hippolytum. Hercules post uictoriam Menalippen captiuam sorori reddidit:& præcium arma reginæ accepit. Atq; ita imperio functus ad regẽ reuertitur.Sed Orithya ubi comperit bellum sororibus illatum & raptorem esse atheniensium principem:hortatur comites in ultionem.frustraq; ponti sinum & asiam domitam esse dicit:si græcorum non tam bellis quam rapinis pateant. Auxilium deinde a Sagillo rege scytharum petit . Genus se scytharum esse:cladem uirorum:necessitatem armorum:belli causas ostendit. Assecutasq; uirtute ne segniores uiris fœminas habere scythæ uideantur.Motus ille domestica gloria mittit cum ingenti equitatu filium Penaxagotam in auxilium.Sed ante prælium dissensione orta ab auxiliis desertæ bello ab atheniensibus uincuntur.Receptaculum tamen habuere castra sociorum: quorũ auxiliis intactæ ab aliis gentibus in regnum reuertũtur.Post Orithyam Penthesilea regno potita est:cuius troiano bello inter fortissimos uiros cum auxilium aduersus græcos ferret magnæ uirtutis documenta extitere.Interfecta demum Pantesilea exercituq; eius absumpto paucæ quæ remanserant:ægre se aduersus finitimos defendentes usq; ad tempora Alexandri magni durauerunt. Harum Minithia siue Calestris regina concubitu Alexandri per dies.xiiii.ad sobolem:ex eo generandam obtento reuersa in regnũ breui post tempore cum omni amazonum nomine intercidit.Scythæ autem tertia expeditione asiana cum annis.vii.a coniugibus & liberis abfuissent:seruili bello domi excipiuntur.Quippe coniugẽs eorum longa expectatione uirorum fessæ:nec iam teneri bello sed delectos ratæ seruis ad custodiam pecoris relictis nubũt:qui reuersos cũ uictoria dominos uelut aduenas armati finibus prohibent.Quibus cum uaria uictoria fuisset:admouentur Scythæ mutare genus pugnæ:memores non cum hostibus sed cum seruis prælіandum:nec armorum sed dominorum iure uincendos:uerbera in aciem nõ tela ferenda;omissoq; ferro uirgas & flagella cæteraq; seruilis metus paranda instrumenta . Probato omnes consilio instructi sicut præceptum erat:posteaquam ad hostes accessere inopinantibus uerbera intentant:adeoq; illos perturbant:ut quos ferro non poterant metu uerberum uincerent: fugamq; non ut hostes uicti; sed ut fugitiui serui capessereut:quicunq; capi potuerunt:supplicia crucibus luerunt.Mulieres quoq; male sibi consciæ partim ferro:partim suspendio uitam finierunt. Post hoc apud scythas pax fuit usq; tempora Lanthini regis.huic Darius rex persarum:sicuti dictum est: cũ filiæ eius nuptias non obtinuisset:bellum intulit:& armatis septingentis milibus hominum scythiam ingressus non facientibus hostibus pugnæ potestatem metuens ne interrupto ponte istri reditus sibi intercluderetur:amissis nonaginta milibus hoĩum trepide refugit:q̃ iactura abũdãte multitudine ĩter damna numerata non est.Inde asiam & macedoniam domuit.Ionas quoq; nauali prælio superat.Demum cognito q̃ athenienses Ionis auxilium contra se tulissent:omnem impetum belli in eos conuertit.Nunc quoniam ad bella Atheniensium uentum est:quæ non modo ultra spem gerendi: uerum etiam ultra gesti fidem patrata sunt operaq; atheniensium effectu maiora q̃ uoto fuerunt: paucis uerbis origo repetenda est; quia non ut cæteræ gentes a sordidis initiis ad summam creuere.Soli enim præter q̃ incremento etiam origine gloriantur. Quippe non aduenæ neque passim collecta populi colluuies originem urbi dedit:sed in eodem nati solo:quod incolunt; & quæ illis sedes eadem origo est.Primi lanificii & olei & uini usum docuere; arare quoq; & serere frumenta glande uescentibus monstrauerunt:litteræ certe ac facundia & hic ciuilis ordo disciplinæ ueluti templum athenas habent.Ante deucalionis tempora regem habuere Cecropem:quem,ut omnis antiquitas fabulata est:biformem prodidere,quia prius marem fœminæ matrimonio iunxit.Huic successit Cranaus:cuius filia attis regioni nomẽ dedit.Post hunc Amphionides regnauit:q primus Mineruæ urbẽ sacrauit:& nomẽ ciuitati Athenas dedit.Huius tẽporibus aquaꝝ illuuies maiorẽ partem græciæ absumpsit.Supfuere quos refugia montiũ receperunt:aut ad regẽ Thessaliæ Deucalionẽ ratibus uecti sunt:a quo præterea genus hominum conditum dicitur per ordinem deinde successionis regnũ ad Herethæum descẽdit:sub quo frumẽti satio apud eleusina a Triptolemo reperta ẽ cuius muneris honorem noctes initiorum sacratæ.Tenuit & Aegeus Thesei pater Athenis regnũ:a quo per diuortium decedens Medea propter adultam priuigni ætatem colchos cum Medo filio ex Aegeo suscepto concessit.Post Aegeum Theseus ac deinde post Thesei filius Demophoon:qui auxilium græcis aduersus troianos tulit:regnum possedit.Erant inter athenienses & Dorienses simultatũ ueteres offensæ;quas uindicaturi bello Dorienses de euentu belli oracula consuluerũt; responsum superiores fo-

Marginal notes: Amazonũ cædes Hercules Theseus — Sigillus rex — Penthesilea — Scytharũ consiliũ in uĩcẽdis seruis — Darii fuga — Athenarũ laudes — Cur bifrõs dictus Cecrops

re:in regem atheniensium occidissent. Cũ uentum esset in præliũ militibus ante omnia custodia regis præcipitur. Atheniensibus eo tempore rex Codrus erat: qui & responso dei & præceptis hostium cognitis permutato regis habitu pannosus sarmenta collo gerens castra hostiũ ingreditur. Ibi in turba obsistentium a milite: quem falce astu uulnerauerat: interficitur. Cognito regis corpore Dorienses sine prælio discedũt. Atq; ita Athenienses uirtute ducis pro salute patriæ morti se offerentis bello liberantur. Post Codrum nemo Athenis regnauit: quod memoriæ nominis eius tributum est. Administrano reipublicæ annuis magistratibus permissa est. Sed ciuitati nullæ leges tunc erant: quia libido regum pro legibus habebatur. Eligitur itaq; Solon uir iusticia insignis: qui uelut nouam ciuitatẽ legibus conderet: qui rãto tẽperamento inter plebem senatũq; egit: cum si quid pro altero ordine tulisset: alteri displiciturum uideretur: ut ab utrisq; parem gratiã traheret. Huius uiri inter multa egregia & istud memorabile fuit: inter Athenienses & Megarenses de proprietate salaminæ insulæ prope usq; ad interitum armis dimicatum fuerat. Post clades multas capitale esse apud Athenienses cœpit: si quis legem de uendicanda insula tulisset. Sollicitus igitur Solon ne aut tacendo parum reipublicæ consuleret: aut censendo periculum sibi afferret: subitã dementiã simulat: cuius uenia nõ dicturus modo prohibita sed facturus erat. Deformis habitu more uæcordium in publicum euolat: factoq; concursu hominum quo magis consiliũ dissimularet insolitis sibi uersibus suadere populo cœpit: quod uerebatur: omniumq; animos ita cœpit: ut ex templo bellum aduersus megarenses decerneretur: insulaq; deuictis hostibus atheniensium fieret. Inter ea Megarenses memores illati ab Atheniensibus belli: & uerin ne frustra arma mouisse uiderentur: matronas atheniensium in eleusinis sacris noctu oppressuri naues conscendunt: quare cognita dux atheniensium Pisistratus iuuentutem in insidiis collocat. iussis matronis solito clamore ac strepitu etiam in accessu hostium ne intellectos se sentiãt sacra celebrare egressosq; nauibus megarenses inopinantes aggressus deleuit: ac protinus classe captiua intermixtis mulieribus ut speciem captiuarum matronarum præberent. Megaram contendit. Illi cum nauium formam & petitam prædam agnoscerent: obuii ad portum procedunt quibus cæsis Pisistratus & paululum a capienda urbe absuit. Ita megarenses suis dolis hosti uictoriã dedere. Sed pisistratus quasi sibi non patriæ uicisset: tyrannidem per dolum occopat. Quippe uerberibus uoluntariis domi affectus laceratoq; corpore in publicum progreditur: & aduocata concione uulnera populo ostendit: de crudelitate principum a quibus hoc se passum simulabat: quæritur: addũtur uocibus lachrymæ: & inuidiosa oratione multitudo credula incenditur: amore plebis inuisum se senatui affirmat: obtinet ad custodiam corporis sui satellitum auxilium: per quos occupata Tyrãnide per annos xxxiii: regnauit. Post cuius mortem Diocles alter ex filiis per uim stuprata uirgine a fratre puellæ interficitur. Aliter Hippias nomine cum imperium paternum teneret: interfectorem fratris comprehendi iubet: qui cum per tormenta conscios cædis nominare cogeretur: omnes amicos tyranni nominauit: quibus interfectis quærenti tyranno an adhuc reliqui conscii essent: nemo ait: superest quem amplius mori gestiam quam ipsum Tyrannum: qua uoce eiusdem Tyranni se uictorem post uindictam pudicitiæ sororis ostendit. Huius uirtute cum admonita ciuitas libertatis esset: tandem Hippias regno pulsus in exilium agitur: qui profectus in persas ducem se Dario inferenti Atheniensibus bellum: sicuti supra significatum est. aduersus patriam suam offert: igitur athenienses audito Darii aduentu auxiliũ a lacedæmoniis socia tunc ciuitate petierunt. Quos ubi uiderunt quatridui teneri religione: non expectato auxilio instructis decẽ milibus ciuium & platensibus auxiliariis mille aduersus sexcenta milia hostium in campos maratonios in prælium egrediuntur. Milciades & dux belli erat & auctor non expectandi auxilii: quem tanta fiducia cœperat ut plus præsidii in celeritate quam in socii duceret. Magna igitur currentibus in pugnam alacritas animorum fuit: adeo ut cum mille passus inter duas acies essent: citato cursu ante iactus sagittarum ad hostem uenirent: nec audaciæ eius euentus defuit. Pugnatum est enim tanta uirtute: ut hinc uiros inde pecudes putares: uicti persæ in naues confugerunt: ex quibus multæ suppræssæ: multæ captæ. In eo prælio tanta uirtus singulorum fuit: ut cuius laus prima esset: difficile iudicium uideretur: inter cæteros tamẽ Themistoclis adolescentis gloria emicuit in quo iam tunc indoles futuræ imperatoriæ uirtutis appatuit Cynigeri quoq; militis atheniensis gloria magnis scriptorũ laudibus celebrata est: qui post prælii innumeras cædes cũ fugientes hostes ad naues egissent: onustam nauem dextra manu tenuit: nec prius dimisit q̃ manũ amitteret. Tum quoq; amputata dextra nauẽ sinistra cõpræhendit. quã & ipsam cũ amisisset: ad postremũ morsu nauem detinuit. Tantam in eo uirtutem fuisse: ut non tot cædibus fatigatus: nõ ãbabus manibus amissis uictus ad postremũ truncus & ueluti rabida fera dẽtibus dimicauerit: ducenta milia persæ eo prælio sine nauigio amiserunt. Cecidit & Hippias tyrannus Atheniẽsis auctor & concitator eius belli diis patriæ ultoribus pœnas repetentibus. Interea & Darius cum bellum instauraret: in ipso apparatu decidit. relictis multis filiis & in regno & ante regnum susceptis. Ex his

codrus rex

Solon

Art. Solõis artem insu adendo bello

Pisistrati ars i megarẽsibus opprimendis

Pisistratus Tyrannidẽ occupat

Persæ ad Maratonẽ uincitur

Cynigeri uirtus

Hyppie tyranni interitus

Darii interitus

Arthemanes maximus natu ætatis priuilegio regnum sibi uindicabat: quod ius & urdo nascentibus
& natura ipsa genubus dedit. Porro Xerxes cõtrouersiam non de ordine sed de nascendi felicitare re-
ferebat. Nam quod Arthemenem primum quidem Dario sed priuato prouenisse: se regi primũ natũ
fratres itaq; suos: qui ante geniti essent priuato priuatũ patrimoniũ quod eo tẽpore Darius habuisset
non regnũ sibi uendicare posse: se esse primũ, quẽ in regnũ rex pater sustulerit. Huc accedere quod ar
themenes nõ patre tãtũ sed & matre priuatæ adhuc fortunæ auo quoq; materno priuato creatus sit:
se uero & matre regina natũ: & patrẽ non nisi regẽ uidisse: auum quoq; maternũ Cytum regẽ habuis-
se non hæredẽ sed cõditorẽ tanti regni. Itaq; & si æquo iure utrũq; fratrẽ pater reliquisset: materno se
tamen iure & auito uincere. Hoc certamen concordi animo ad patruũ suũ Anasarnẽ ueluti ad dome
sticum iudicẽ deferũt: qui domi cognita causa Xerxem præposuit: adeoq; fraterna cõtẽtio fuit: ut nec
uictor insultauerit: nec uictus indoluerit; ipsoq; litis tẽpore inuicem munera miserint: & iucũda quo
q; inter se non solũ crudelia conuiuia habuerint. Iudiciũ quoq; ipsum sine arbitris sine conuicio fue-
rit. Tanto moderatius tũ fratres inter se regna maxima diuidebant: q̃to nũc exigua patrimonia par-

Xerxes in græciã bellum istruit

tiuntur. Igitur Xerxes bellũ a patre acceptum aduersus græciam per quinquẽniũ istruxit. Quod ubi
primum didicit. Demactus rex lacedæmonioꝝ: qui apud Xerxẽ exulabat. amicior patriæ post fugam
quam regi post beneficia: ne inopinato bello opprimerentur; omnia in tabellis ligneis magistratibus
perscripsit; easdẽq; cæra super inducta delet; ne aut scriptura sine tegmine iudiciũ darer, aut recens cæ
ra dolum proderet. Fido deinde seruo perferendas tradit: iusso magistratibus spartanoꝝ tradere: qui
bus perlatis lacedæmona q̃oni res diu fuit. quod neq; scripnĩ aliquid uiderẽt: nec frustra missas suspi-
carentur; tantoq; rem maiorẽ. q̃to sit occultior Putabant. Hærentibus in cõiectura uiris soror regis.

Atf. bellicũ Xerxis apparatum

Leonidæ consiliũ scribentis inuenit. Erasa igitur cæra belli consilia dereguntur. Iam Xerxes septin-
genta milia de regno armauerat: & rtecenta milia de auxiliis: ut nõ in merito proditũ sit: flumina ab
exercitu eius siccara: græciamq; omnẽ uix capere exercitũ eius potuisse. Naues quoq; decies centum
millia numero habuisse dicitur. Huic tanto agmini dux absuit. Cæterũ si regem spectes: diuitias non
ducem laudes. quarum tanta copia in regno eius fuit: ut cũ flumina multitudine consumerent: opes
tamen regiæ superessent: Ipse autẽ primus in fuga: postremus in prælio semper uisus est: in periculis
timidus: sicubi metus abesser inflatus. Deniq; ante expimẽtũ belli fiducia uitiũ ueluti naturæ ipsius
dominus & montes in planũ deducebat & conuexa ualliũ æquabat; & quædam maria pontibus ster
nebat; quædam ad nauigationis cõmodũ per cõpendium ducebat. cuius introitus iu græciam q̃ ter-
ribilis: tam turpis; ac fœdus discessus fuit. Nãq; cũ Leonida rex spartanoꝝ cũ quattuor milibus mili
tum angustias thermopylarum occupasset. Xerxes contemptu paucitatis eos pugnam capescere iu-
bet quoꝝ cognati Maratonia pugna interfecti fuerunt: qui dũ ulcisci suos querunt: principium cla-
dis fuere succedente: deinde inutili turba maior cædes æditur: Triduo ibi cũ dolore & indignatione

Leonidæ Spartan. facinus

persarum dimicatum quarto die cũ nũciatũ eẽt Leonidæ a. xx. milibus hostiũ sũmũ cacumẽ teneri:
tunc hortatur socios recedant: & se ad meliora patriæ tẽpora reseruent sibi cũ spartanis fortunã ex-
periendam plura patriæ q̃ uitæ debere; cæteros ad præsidia græciæ seruandos. Audito regis imperio
discessere cæteri: soli lacedæmonii remanserunt. Initio huius belli sciscitantibus delphis oracula re-
sponsum fuerat; aut ragi spartanoꝝ. aut urbi carendũ. Et iccirco cũ rex Leonides in bellũ proficisce-
retur; ita suos firmauerat; ut regẽ se parato ad moriẽdũ animo scirent. Angustias preterea occupaue-
rat; ut cum paucis aut maiore gloria uinceret: aut minore dãno reipu. caderet. Dimissis igitur sociis:
hortatur; spartanos; meminerẽt; q̃litercũq; præliarent; cadẽdũ eẽ; cauerẽt; ne fortius mansisse q̃ dimi
casse uideantur: nec expectandum ut ab hoste circunuenirentur: sed cum nox occasionem daret secu

Spartanoꝝ uirtus

ris & lætis superueniendũ: nusq̃ uictores honestius q̃ in castris hostiũ pituros. Nihil erat difficile per
suadere persuasis mori. statim arma capiunt: & sexcenti uiri castra quingentoꝝ milium irrũpũt. Sta-
timq; regis prætoriũ petunt; aut cũ illo aut si ipsi oppressi eẽnt: in ipsius potissimũ sede morituri. Tu
multus totius castris orit. Spartani posteaq̃ regem nõ inueniũt; per omnia castra uictores uagantur:
cedunt; sternuntq; umnia ut qui sciant se pugnare: nõ spe uictoriæ sed in mortis ultione. Prælium a
principio noctis in maiorẽ partẽ diei tractũ. Ad postremũ nõ uicti: sed uincendo fatigati inter ingeu
tes stratoꝝ hostiũ cateruas occiderũt. Xerxes duobus uulneribus terrestri prælio acceptis expiri ma
ris fortunam statuit. Sed Atheniensium dux Themistocles cum animaduertisset. Ionas; pp quos bel
lum pſaꝝ rex susceperat: in auxiliũ regis classe uenisse; sollicitare eos ĩ partes suas statuit. Et cum collu
quendi copiã nõ haberẽt; quo applicituri erãt: symbolos ꝓponi: & saxis ꝓscribi curat. Quæ uos Io-
nes dedementia tenet? quod facinus agitatis: bellum inferre olim condictoribus uestris nup etiam
uindicibus cogitatis. An ideo mœnia uestra condidimus; ut essent: qui nostra delerent: quid si non
hæc & Dario prius & nunc Xerxi belli causa nobiscum foret? quid uos rebellantes nou destituimus?

Persarum manus imbribus deletas

quid uos in hec nostra castra ex ista obsidione transitis? Aut si hoc parum tutum extat uos commis-
su prælio. Ite cessum: inhibite remos: & a bello discedite. Ante naualis prælii congressionem mi-
serat Xerxes quattuor milia armatorum delphos ad templum apollinis diripiendum: prorsus
quasi non cum græcis tantum sed cum diis immortalibus bellum gereret: quæ manus tota imbri-

bus & fluminibus deleta est: ut intelligeret quãto grauior offensa deoꝝ esset: tãto nullas eẽ hoĩum
aduersus deos uires. Post hæc Thespias: & plateas & Athenas uacuas hominibus incendit: & quoniã
ferro nõ poterat in hoĩes: in ædificia igne grassatur. Nãq; Athenienses post pugnã marathoniã præ-
monente Themistocle: uictoriam illã de persis non finẽ sed causam maioris belli fore. cc. naues fabri
cauerunt. Aduentante igitur Xerxe consulentibus delphis oraculũ responsum fuerat. salutem mu-
ris ligneis tuerent. Themistocles nauiũ præsidium demonstratũ ratus: psuadet omnibus patriã mu-
nicipes esse non mœnia: ciuitatẽq; nõ in ædificiis sed in ciuibus positam. Melius itaq; salutẽ nauibus — Vidẽ ne mu
q̃ urbi cõmissuros: huius sententiæ etiam deum auctorem esse. Probato consilio coniuges liberosq; — nicipum sit
cum preciosissimis rebus abditis insulis relicta urbe demãdant. Ipsi naues armati cõscendunt: exem- — potius legẽ
plum atheniensium & aliæ urbes imitatæ. Itaq; cum adunata omnis sociorũ classis: & intenta in bel- — dum q̃ mu
lum nauale esset: angustiasq; salaminii freti ne circũueniri a multitudine possent: occupassent: disse- — nicipes
tio inter ciuitatum principes oritur: qui cum deserto bello ad sua tuenda dilabi uellent: timens The-
mistocles ne discessu sociorũ minuerentur: per seruum fidũ Xerxi nunciat uno in loco eum cõtractã
græciam posse capere facillime: q; si ciuitates quæ iam abire uellent: dissipentur maiore labore ei sin-
gulas consectãdas. Hoc dolo impellit regem signum pugnæ dare. Greci quoq; aduentu hostium oc-
cupati prælium collatis uiribus capessunt. Interea Rex uelut spectator pugnæ cum parte nauium in
littore remanet. Arthemysia autem regina alicarnassi quæ ĩ auxilium Xerxi uenerat inter primores
duces bellum acerrime ciebat: quippe ut in uiro muliebrem timorem ita in muliere uirilem audatiã
cerneres. Cum anceps prælium esset: Iones iuxta præceptum Themistoclis pugnæ se paulatim sub-
trahere cœperũt: quorum defectio animos cæteris fregit. Itaq; circũspicientes fugã pelluntur persæ: — Naualis pu
& mox prælio uicti in fugam uertuntur. In qua trepidatione multæ summersæ naues. multæ captæ — gna at Sala
sunt: plures tamen non minus sæuitiam regis q̃ hostem timentes domum dilabũtur. Hac clade per- — minem cõ
culsum: & dubium consilii Xerxem Mardonius aggredit. Hortat ut in regnũ abeat neq; sedetio- — missa
nis moueat fama aduersi belli: & in maius sicuti mos est: oĩa extollẽs sibi. ccc. milia armatoꝝ lecta ex
omnibus copiis relinquat: qua manu aut cũ gloria eius perdomituꝝ se græciam: aut si aliter euentus
ferat: sine eiusdem ĩfamia hostibus cessuꝝ. Probato cõsilio Mardonio exercitus tradit: reliquas co-
pias rex ipse reducere ĩ regnũ parat. Sed græci audita regis fuga cõsilium ineunt põtis ĩterrũpendi: quẽ
ille abydo uelut uictor maris fecerat: ut ĩterclusos aditu aut cũ exercitu deleretur: aut desperatõe reꝝ
pace uictus petere cogeretur. Sed Themistocles timens ne ĩterclusi hostes desperationẽ ĩ uirtutem
uerterent: & iter quod aliter non pateret: ferro patefacerent: satis multos hostes in græcia remanere
dictitans nec augeri numeꝝ retinendo oportere: cũ uincere consilio cæteros nõ posset: eundẽ seruũ
ad Xerxem mittit: certiorẽq; consilii facit: & occupare transitum matura fuga iubet. Ille pculsus nũ- — Turpis Xer
cio tradit ducibus milites pducendos: ipse cũ paucis Abydõ contendit. Ubi cum solutum pontẽ hy- — xis fuga
bernis tempestatibus offendisset: piscatoria scapha traiecit trepidus. Erat res spectaculo digna: & ad
æstimationem reꝝ humanæ sortis uarietate mirãda. In exiguo latẽtem uidere nauigio: quem paulo
ante uix æquor omne capiebat: carentem etiam omni seruoꝝ ministerio: cuius exercitus ppter mul-
titudinem terræ graues erant. Nec Pedestribus copiis quas ducibus assignauerat felicius iter fuit. Si-
quidẽ quottidiano labori (neq; enim ulla est metuẽtibus quies) etiam fames accesserat. multoꝝ deinde — Art. fortu-
dieꝝ inopia contraxerat & pestem: tantaq; fœditas morientium fuit: ut uiæ cadaueribus ĩplerentur: — tiæ uarieta
alitesq; & bestiæ escæ illecebris sollicitatæ exercitum sequerentur. Interim Mardonius olyntum in — tem ĩ Xerxe
græcia expugnat. Athenienses quoq; ĩ spem pacis amicitiæq; regis sollicitat: spondens ĩcensæ eoꝝ ur-
bis etiã in maius restitutionem. Posteaq̃ nullo Precio libertatem uidit his uenalem ĩcensis: quæ ædi-
ficare cœperat. copias ĩ boetiã transfert: eo & græcoꝝ exercitus qui cẽtum miliũ fuit: secutus ẽ. Ibiq;
prælium cõmissum: sed fortuna regis cũ duce mutata nõ est. Nã uictus Mardonius ueluti ex naufra- — Vincit Mar
gio cũ paucis pfugit: castra referta regalis opulentiæ capta sunt. Unde primũ græcos diuiso inter se — donius in
auro persico diuitiarum luxuria cepit. Eodem forte die quo Mardoni copiæ deletæ sunt: etiã nauali — Boetiam
prælio in asia sub monte mycale aduersus persas dimicatum est. Ibi ante congressionẽ cũ classes exad
uerso starent: fama ad utrũq; exercitũ uenit uicisse græcos: & Mardonii copias occidiõe cecidisse. tã
tã famæ uelocitatẽ fuisse: ut cũ matutio tpe pliũ ĩ Boetiã cõmissũ sit: meridianis horis ĩ Asiam p tot
maria & tãtũ spatiu tã breui horaꝝ momẽto de uictoria nũciatũ sit. Cõfecto bello cũ de præmiis ci
uitatũ ageret: oĩum iudicio atheniẽsiũ uirtus cæteris plata. Inter duces quoq; Themistocles prĩceps
ciuitatum testimonio iudicatus: gloriã patriæ suæ auxit. Igit athenienses aucti & pmiis belli & gloria ur
bẽ ex itegro cõdere moliunt. Cũ mœnia maiora cõplexi fuissent: suspecti eẽ lacedæmoniis cœpere: re
cte reputãtibus ruinã urbis tãtũ ĩcremẽti dedisse: q̃rũ sit datura munita ciuitas. Mittũt ergo legatos
qui monerẽt ne munimẽta hostibus & receptacula futuri rursus belli cãm extruãt. Themistocles: ut — Themisto-
uidit: spei urbis inuideri non existimans abrupte agendum: respondit legans. ituros lacedæmona: — clis ars ĩ elu
qui de ea re pariter cum illis consultant. Sic dimissis spartanis: hortatur suos: ut opus maturent. — dendis lace
Deinde ipse interiecto tempore in legationem proficiscitur: & tunc in itinere infirmitate simu- — dæmonius
lata: tunc tarditatem collegarum accusans: sine quibus agi iure nihil possit: diem de die pro-

ferendo spatium cõsumandn operi quærebat:cum interim nunciatur spartanis opus Atheniensium matutari:propter quod denuo legatos mittunt ad inspiciendã rem. Tum Themistocles per seruum magistratibus scribit:Lacedæmonũ legatos uinciant:pignusq; teneant:ne in se grauius consulatur. adit deinde concionem lacedæmonioq;:indicat permuniras Athenas esse:& posse illatum bellũ non armis tantum sed etiam muris sustinere. Si quid ob eã rem de se crudelius statuerent: legatos eorum athenis in hoc pignus terentos:grauiter deinde castigat eos:q; non uirture sed imbecillitate sociorũ porentiam quærerẽt. Sic dimissis ueluti triũphans spartanis a ciuibus excipitur. Post hæc spartani ne

Pausanias

uires ocio corrumperent:& ut bis illatum a persis græciæ bellum ulciscerentur ultro fines eoq; depopulanť:ducẽ suo sociorũq; exercitui diligũt Pausaniã:q ꝓ ducatu regnũ græciæ affectans ꝓditionis premiũ cum Xerxe nuptias filiæ eius paciscit̃ redditis captiuis:ut fides regis aliquo beneficio obstringeretur. Scribit præterea Xerxi quoscunq; ad se nuncios misisset:iťerficeret,ne res loquacitate hominum proderetur. Sed dux Atheniensium Aristides belli socius electus collegæ conatibus obuiã eundo simul & in rem sapienter consulendo proditionis consilia discussit. Nec multo post accusatus Pausanias:damnatur. Igitur Xerxes cum proditionis dolũ publicatum uideret.ex ĩtegro bellum instituit

Aristides

Græci quoq; ducẽ instituunt Cimonem Atheniensem filium Milciadis:quo duce apud Marathonẽ pugnatum est:iuuenem cuius magnitudinem futurã pietatis documenta prodiderunt Quippe patrẽ ob crimen peculatus in carcerem coniectum ibiq; defunctum translatis in se uinculis ad sepulturam redemit. Nec in bello iudicium diligentium fefellit. Siquidem nõ inferint uirtutibus patris Xerxem terrestri naualiq; bello superatum trepidum se recipere in regnum coegit.

Cimon

Xerxes iterum uincitur

IVSTINI HISTORICI LIBER TERTIVS.

Erxes rex persarum terror antea gentium belllo in græcia infeliciter gesto etiam etiã suis contemptui esse cœpit. Quippe Arbatanus præfectus eius deficiẽte quottidie regis maiestate in spem regni adductus cum septem robustissimis filiis regiam uesperi ingredit̃. Nã amicitiæ iure semper illi patebat. Trucidatoq; rege uoto suo obsistẽtes filios eius dolo aggreditur. Securior de Artaxerxe puern admodum fingit regẽ a Dario qui erat adolescẽs:

x

Xerxis interitus

quo maturius regno potiretur occisum impellit Artaxerxem parricidium parricidio uindicare: Cũ uentum esset ad domum Darii dormiens inuentus quasi somnum fingeret interficitur:Deinde cum unum ex regis filiis sceleri superesse Artabanus uideret:metueretq; de regno: certamina principum assumit in societatem consilii Baccabassum qui presenti statu contentus rem prodit Artaxerxi:ut pater eius occisus sit,ut frater salsa parricidii suspicione oppressus:ut deniq; ipsi pararentur insidiæ His cognitis Artaxerxes uerens Artabani numerum filiorum:in posterum diem paratum esse exercitum armatumq; iubet:recogniturus & numerum militum:& in armis industriam singulorum. Itaq; cum inter cætero:& ipse Artabanus armatus assisteret:rex simulat se breuiorem loricam habere. Iubet Artabanum secum commutare:exuentem se ac nudatum gladio traiecit. Tum & filio eius corripi iubet atq; ita egregius adolescens & cædem patris & necem fratris & se ab insidiis Artabani uindicauit. Dũ hæc in persis geruntur interea græcia omnis ducibus lacedæmoniis & Atheniensibus in duas diuisa partes ab externis bellis uelut in uiscera:sua arma conuertit. Fiunt igitur de unó populo duo corpora:& eorumdem castrorum homines in duos hostiles exercitus diuiduntur. Hinc lacedæmonii communia quondam ciuitatum auxilia ad uires suas trahebant. Inde Athenienses & uetustate gentis & gestis rebus illustres propriis uiribus confidebant. Atq; ita dun potentissimi græciæ populi institutis Solonis & Licurgi legibus pares ex æmulatione uirium in bellum ruebant. Namque Licurgus cum fratri suo Polibitæ spartanoq; regi successisset:regnumq; sibi uindicare potuisset Charilao filio eius q natus posthumus fuerat:cũ ad ætatẽ adultã uenisset:regnũ summa fide restituit: ut ĩtelligerẽt oẽs quãto plus apud bonos pietatis iura q̃ oẽs opes ualerẽt. Medio igiť tẽpore dũ ĩfans coalescit:tutelãq; eius administrarat:nõ habẽtibus spartanis leges ĩstituit. nõ ĩuẽtiõe eaq; magis quã exẽplo clarior: Siqdẽ nihil lege ulla ĩ alio sanxit:cuius nõ ipse primus in se documẽta daret:populũ in obsequia principum:principes ad iusticiã ĩperioq; firmauit. Parsimoniã oĩbus suasit:existimãs laborẽ militiæ assidua frugalitatis cõsuetudine faciliorẽ fore. Emi singula nõ pecunia sed cõpẽsaniõe merciũ iussit. Auri argẽtiq; usum uelut oĩum scelerũ materiã sustulit:administrationẽ reipublicæ p ordĩes diuisit. Regibus ptãtẽ belloq;:magistratibus iudicia & annuas successiões:senatui custodiã legũ:populo sublegẽdi senatũ uel creãdi quos uellet magistratus ptãtẽ pmisit:fundos oĩum æqualiter ĩter oẽs diuisit: ut eq̃ta patrimõia nemĩnẽ potẽtiorẽ alteri redderẽt:cõuiuari oẽs publice iussit ne cuiq; diuitiæ uel luxuria ĩ occulto eẽnt. Iuuenibus nõ amplius una ueste un toto ãno pmissum:nec quẽq̃ cultius q; alteq; ꝓgredi:nec epulari opulẽtius ne imitatio in luxuriã uerteret̃. Pueros ĩpuberes nõ ĩ foq; sed ĩ agq; deduci pcepit:ut primos annos nõ in luxuria sed ĩ ope & ĩ laboribus agerẽt. Nihil eos somnii cã substernere.& uitã sine pulmẽto degere:neq; prius in urbẽ redire q̃ uiri facti eẽnt:statuit uirgines sine dote nubere iussit ut uxores eligerẽt nõ pecuniã:seueriusq; matrimonia sua uiri coercerẽt:cũ nullis dotis

Artabani cædes

Plutarchus polydectẽ nõ polybitẽ uocat

Plutarchus ferreũ nũmum ab inductum ait

frænis tenerentur.Maximum honorem non diuitum & potentum sed pro gradu ætatis senum esse
uoluit.Nec sane usquā terrarꝝ locū honoratiorem senectus habet.Hæc quoniā primo solins antea
moribus dura uidebant esse auctorē eorꝝ Apollinē delphicū fingit:& inde se ea ex pcepto nominis
detulisse : ut cōsuescēdi tædiū metus religiōis euincat.Deinde ut æternitatē legibus suis daret iure-
iurādo obligat ciuitatē:nihil eos de eius legibus mutaturos priusquā reuerteret:& simulat se ad ora
culū delphicū pficisci consultorꝝ quid addendū mutandūq; legibus uideret.Proficiscitur autē cre- Aliter plu-
tam:ibiq; perpetuū exiliū ægit:abiciq; in mare ossa sua moriens iussit:ne relatis lacedæmona solu- tarchus de
tos se spartani religione iusiurandi & dissoluendis legibus arbitrarentur.His igit moribus ita breui lycurgi exi
ciuitas coaluit:ut cū messeniis propter strupatas uirgines suas in solenni messeniorꝝ sacrificio bel- tu
lum intulissent:grauissima execratiōe obstrinxerint nō priusquā Messeniā expugassent reuersuros:
tātū sibi uel de uiribus suis uel de fortuna spondētes:quæ res initiū dissentiōis græciæ & intestini bel
li cā & origo fuit.Itaq; cū cōtra præsumptionē suā annis decē in obsidione urbis tenerent: & quære-
lis uxorꝝ post tā longā uiduitatē reuocarent:ueriti ne hac pseuerantia belli grauius sibi q̄ Messeniis
nocerent:qppe illis quātū iuuentutis bello itercidat mulierꝝ fœcunditate supplen:sibi & belli dāna
assidua & fœcunditatē uxorꝝ absentibus uiris nullā esse.Itaq; legūt iuuenes ex eo genere militū: qui
post iusiurandū in supplemētū uenerant:qbus spartam remissis pmiscuos omniū fœminarꝝ cōcubi
tus permisere:maturiorē futurā conceptionē rati.si eam singulæ p plures uiros experirent.Ex his na Parthenii
ti ob notā materni pudoris parthenii sunt euocati:q cū ad annos trigīta peruenissent:metu inopiæ Phalantus
(nulli enim pater existebat:cuius in patrimoniū successio speraretur)ducem Phalātū assumūt filiū
Araci:qui auctor spartanis fuerat iuuentutis ad generandā sobolē domū remittēdæ.Vt sicuti dudū
patrē eius nascēdi habuissent auctorē:sic ipsum spei ac dignitatis suæ haberēt.Itaq; nec salutatis ma-
tribus quarꝝ adulterio infamiā collegisse uidebantur:ad sedes requirendas pficiscuntur:diuq; & per
uarios casus iactati tandē in italiā deferunt:& oppugnata arce Tarentinorꝝ expugnatis ueteribus in-
colis sedē sibi constituunt.Sed post annos plurimos dux eorꝝ Phalantus per seditionē in exiliū ptur-
batus Brūdusium se contulit:quo expulsi sedibus suis ueteres tarentini cōcesserant.Is moriens psua
det ut ossa sua postremasq; reliquias cōterant:& tacite spargi in foro tarentinorꝝ curent.Hoc enī mo Phalāti cō-
do recuperare illos patriam suam posse Apollinē delphis cecinisse illi arbitrantes eū in ultionē sui fa mentitum
cta ciuiū pdidisse præceptis paruere:sed oraculi diuersa sentētia fuerat:ppetuitatē enī urbis nō amis iti morte
sionem hoc facto:pmiserat.Itaq; ducis exulis consilio & hostiū ministerio possessio tarētina parthe-
niis in æternū fundata.ob cuius beneficii memoriā Phalanto diuini honores decreuere.Interea Mes
senii cum uirtute nō possent per insidias expugnant.Deinde cum per annos.lxxx.grauia seruitutis
uerbera plærūq; cæteraq; uicula captæ ciuitatis mala ppessi eēnt:post lōgā pœnarꝝ pœnitētiā bellū
instaurant.Lacedæmonii quoq; eo conspirantis ad arma concurrunt:quo aduersus seruos dimicatu
ri uidebantur.Itaq; cū hinc iniuria inde indignitas animos acueret:lacedæmonii de belli euentu ora
culo delphis cōsulto iubētur ducē belli ab atheniensibus petere.Porro athenienses cū responsum co-
gnouissent in contemptum spartanorꝝ Cyrtæū poetam claudum pede misere:qui tribus prælis fu- Cyrtæus
sis eo usq; desperationis spartanos adduxit:ut ad supplementū exercitus seruos suos manumitterēt. poeta
Hisq; interfectorꝝ matrimonia pollicerentur:ut nō numero tantum amissorꝝ ciuiū:sed & dignitati
succederent.Sed Reges lacedæmoniorꝝ ne contra fortunam pugnādo maiora detrimēta ciuitati in-
funderent:reducere exercitum uoluerunt:ni interuenisset Cyrtæus:qui cōposita carmina exercitui
pro concione recitauit.In quibus hortamēta uirtutis.damnorꝝ solatia:belli consilia conscripserat.
Itaq; tantum ardorē militibus iniecit:ut nō de salute sed de sepultura solliciti tesseras insculptis suis
& patrum nominibus dextero brachio deligarent.Vt si omnes aduersum prælium consumpsisset:&
temporis spatio confusa corporꝝ liniamenta essent:ex inditio titulorꝝ tradi sepulturæ possent.Cum
sic animatum reges exercitum uiderēt:curāt rē hostibus nunciare.Messenus autē nō timorē res sed
æmulationem mutuā dedit.Itaq; tantis animis concursum est:ut raro unquā cruentius prælium fue
rit.Ad postremum tamē uictoria lacedæmoniorꝝ fuit.Interiecto tempore tertium quoq; bellū Mes
senii reparauere.In cuius auxilium lacedæmonii īter reliquos socios etiā athenienses adhibuere.quo
tum fidem cum suspectam haberent superuacuos eos simulantes a bello eodem dimiserūt.Hanc rē
athenienses grauiter ferentes pecuniam quæ erat in stipendium persici belli ab uniuersa græcia col-
lata a delo athenas trāsferūt:ne deficiētibus a fide societatis:lacedæmoniis prædæ ac rapinæ eēnt:Sed
nec lacedæmonii:qcuere:q cū Messeniorꝝ bello occupati eēnt.Peloponēses īmisere:q bellū athenié
sibus facerēt.Paruæ tūc tpis classe in ægyptū missa uires atheniēsibus erant.Itaq; nauali prælio dimi Athenus
cantes facile superātur.Interiecto deinde tempore post reditū sociorꝝ aucti & classis militum robore nauali præ
prælium reparant.Iā & lacedæmonii omissis messenus aduersus athenienses arma uerterant:diu uaria lio uincūt
uictoria fuit.Ad postremū æquo marte utrinq; discessum.Inde reuocati lacedæmonii ad messeniorꝝ
bellū ne mediū tēpus ociosum atheniensibus relinquerēt:cū thebanis paciscunt:ut boetiorꝝ īperiū
his restituerent:quod temporibus persici belli amiserant:ut illi atheniensium bella susciperēt.Tan-
tus furor spartanorꝝ erat:ut duobus bellis īpliciti suscipe tertiū nō recusarent:dūmodo inimicis suis

Pericles & Sophocles

hostes acquirerent. Igitur athenienses aduersus tantam tempestatem belli duos duces deligunt: Periclem spectatæ uirtutis uiꝝ & Sophoclem scriptorem tragœdiarum: qui diuerso exercitu & spartanorū agros uastauerunt. & multas achaiæ ciuitates atheniensiū imperio adiecerūt. His malis fracti lacedæmonii in annos .xxx. pepigerūt pacē: sed tam longū ociū inimicitiæ nō tulerūt. Itaq; inter quindecim annos rupto fœdere cū contemptu deoꝝ hominūq; fines atticos populant̄. Et ne prædā potius quā pugnā expetisse uiderent̄: hostes ad præliū uocant sed athenienses cōsilio Periclis ducis populationis iniuriā differūt in tēpus ultionis superuacuam pugnā existimantes cum ulcisci hostem sine periculo possent. Deinde interiectis diebus naues conscendūt: & nihil sentientibus lacedæmoniis totā spartam deprædant̄: multoq; plura auferūt: q̃ amiserant. Prorsus in cōparatiōe damnoꝝ longe plus fuerit ultio q̃ ira. Clara q̄dem hæc Periclis expeditio habita: sed multo clarior priuati patrimonii contemptus fuit. Huius agros in populatione cæteroꝝ intactos hostes reliquerant: sperantes acquirere se illi posse aut periculū ex inuidia: aut ex suspicione proditionis infamiā: quod ante ꝓspiciēs Pericles & futuꝝ populo ꝓdixerat: & ad inuidiæ impetū declinādū agros ipsos dono reipublicæ dederat. Atq; ita unde periculū quæsitum fuerat: ibi maximā gloriam īuenit. Post hæc interiectis diebus nauali prælio dimicatum est. Victi lacedæmonii fugerunt. Nec cessatū deinceps est: quin aut terra aut mari uaria prælioꝝ fortuna inuicē se trucidarent. Deniq; fessi tot malis pacē in annos q̄nquaginta fecere: quā non nisi sex annis seruauerūt. Nā inducias quas proprio noīe cōdixerāt ex socioꝝ ꝑsona rūpebāt Quippe quasi minus periurii contraherēt si ferētes sociis auxilia: potius quam si aperto prælio dimicassent. Hinc bellum in siciliam translatum: quod prius q̃ exponā: de Siciliæ situ pauca dicenda sunt.

Atĩ. periclis tēpestiuā munisicentiam

IVSTINI HISTORICI LIBER .IIII.

Siciliæ situs

Iciliam ferunt angustiis quondā faucibus italiæ adhæsisse direptāq; uelut a corpore maiore impetu superioris maris: quod toto undaꝝ onere illuc uehit̄. Est aūt ipsa terra tenuis ac fragilis & cauernis q̄busdā fistulisq; ita penetrabilis: ut uentorū tota ferme flatibus pateat: necnō & ignibus generādis nutriēdisq; solis ipsius naturali ui. Quippe intrinsecus stratū sulphure & bitumine tradit̄: quæ res facit ut spiritu cū igne īter interiora luctante frequēter & compluribus locis nūc flammas nūc uaporem nūc fumū eructet: inde deniq; ætnæ montis per tot secula durat incendiū: & ubi acrior per spiramenta cauernaꝝ uentus incubuit: harenaꝝ moles egerunt̄: proximū italiæ promontoriū Rhegiū dicitur. Ideo q̄a græce abruta hoc noīe ꝓnunciatur: nec mirū sit fabulosa est loci huius antiquitas: in quē res tot coiere miræ. Primū q; nusquā alias torrens fretū nec solū citato impetu: ueꝝ etiā sæuo: neq; experientibus modo terribile: uerū etiā procul uisentibus undaꝝ porro in se cōcurrentiū tanta pugna est: ut alias ueluti terga dantes uorticibus mergi ac in imū desidere: alias quasi uictrices in sublime ferri uideas: nūc hic fremitū feruentis æstus: nūc illic gemitū in uoragine desidentis exaudias: accedūt uicini & perpetui ætnæ montis ignes & insulaꝝ æolidū uelut ipsis undis alat̄ incēdiū. Neq; enim in tā angustis terminis aliter durate tot sæculis tātus ignis potuisset: nisi & humoris nutrimentis aleret̄: Hinc igit̄ fabulæ scyllam & carybdim peperere: hinc latratus auditos: hinc monstri credita simulacra: dū nauigantes magnis uorticibus pelagi desidentis exterriti latrare putant undas: quas sorbentis æstus uorago collidit. Eadem causa etiam ætnæ montis perpetuos ignes facit. Nam aquarum ille concursus: raptum secū spiritum in imum fundū trahit: atq; ibi suffocatū tādiu tenet: donec per spiramenta terre diffusus nutrimenta ignis incendat. Iam ipsa italiæ Siciliæq; uicinitas. Iam promontoriorū altitudo ipsa ita similis est: ut quantū nunc admirationis tantū antiquis terroris dederit credentibus coeuntibus in se promontoriis ac rursum discedentibus solida intercipi absumiq; nauigia. Neq; hoc ab antiquis in dulcedinem fabulæ compositum: sed metu & admiratione transeuntiū: Ea est enim procul inspicientibus natura loci: ut sinū maris non transitū putes: quo cum accesseris: discedere ac seiungi promontoria: quæ antea iuncta fuerant: arbitrere. Siciliæ primo Trinacriæ nomen fuit. Præterea Sitania denominata est. Hæc a principio patria Cyclopum fuit. Quibus extinctis Aeolus regnū insulæ occupauit. post quem singulæ ciuitates in tyrannoꝝ imperiū concesserunt: quoꝝ nulla terra feracior fuit. Hoꝝ ex numero Anaxilaus iustitia cum cæteroꝝ crudelitate certabat: cuius moderatio haud mediocrem fructum tulit. Quippe decedens cum filios paruulos reliquisset: tutelamq; eorum Metalo spectatæ fidei seruo commisisset: tantus amor memoriæ eius apud omnes fuit: ut parere seruo quam deserere regis filios mallent. Principesq; ciuitatis obliti dignitatis suæ regni maiestatem administrari per seruum paterentur. Imperiū Siciliæ etiā Carthaginēses temptauere: diuq; uaria uictoria cū tyrannis dimicatū ad postremū amisso Hamilchare imperatore cū exercitu aliquātisper quieuere uicti. Medio tempore cū rhegini discordia laborarent: ciuitasq; ꝑ dissensione diuisa in duas partes esset. Veterani ab altera parte ab himera urbe in auxiliū uocati: pulsis ciuitate cōtra quos implorati fuerāt: & x mocæsis q̄bus tulerant auxiliū: urbē cū coniugibus & liberis socioꝝ occupauere: ausi facinus nulli tyranno comparandum. Quippe ut rheginis melius fuerat uinci q̃ uicisse. Nā siue uictoribus captiuitatis iure serui

Aetna

Siculum fretum

Aeolides insulæ

Scylla Carybdis

Siculi freti angustiæ

Antiqui Siciliæ icolæ

Anaxilai Iustitia

Reginorū cædes

sent: siue amissa patria exulare necesse habuissent: non tamen inter aras & patrios lares trucidari cru-
delissimis tyrannis patriam cũ coniugibus ac liberis prædam reliquissent. Catanenses quoq; cũ Syra
cusanos graues paterent᷑: diffisi uiribus suis auxilium ab Atheniensibus petiere: qui seu studio maio-
ris imperii quod asiam græciamq; penitus occuparẽt: seu metu factæ pridem a Syracusanis classis ne
Lacedæmoniis illæ uires accederent Lamponium ducem cũ classe in Siciliam misere: & sub specie fe
rendi Catanensibus auxilii tentarent Siciliæ imperiũ: Et quoniam prima initia frequenter cæsis ho-
stibus prospera fuerant: maiore denuo classe & robustiore exercitu Lachetheo & Cariade ducibus Si
ciliam petiere. Sed Catanẽses siue metu Atheniẽsium siue tædio belli pacem cũ Syracusanis remissis
Atheniensium auxiliis fecerunt interiecto deinde tempore cum fides pacis a syracusanis non seruare
tur: denuo legatos Athenas mittũt: qui sordida ueste capillo barbaq; ꝓlixis & omni squaloris habitu
ad misericordiam cõmouẽdã acq̃sito concioné deformes adeũt addũt᷑ precibus lachrymæ: & ita mi
sericordẽ populũ supplices mouẽt: ut damnarẽtur duces: qui ab his auxilia deduxerũt. Igit᷑ classis in-
gens decernitur: creantur duces Nicias & Alcibiades & Lamacus: tantisq; uiribus Sicilia repetit᷑: ut
ipsis terrori essent, in quoꝝ auxilia mittebantur. Breui post tẽpore reuocato ad reatũ Alcibiade duo
prælia pedestria secunda Nicias & lamacus faciunt: munitionibus deinde circũdatis hostes etiã ma-
ritimis cõmeatibus ĩ urbe clausos ĩtercludũt. Quibus rebus fracti Syracusãi auxiliũ a Lacedæmõiis pe
tierũt: ab his mitti᷑ Gylippus solus: sed ĩ quo ĩstar oĩum auxilioꝝ erat. Is audito genere belli iã incli
nato statu auxiliis: pri ĩ græciã pei ĩ Siciliã misere cõtractis opportuna bello loca occupat. Duobus ĩ-
de ꝓliis uictus: cõgressus tertio occiso Lamaco & hostes ĩ fugã cõpulit & socios obsidiõe liberauit. Sed
dũ atheniẽses a bello terrestri ĩ nauale se trãstulissẽt Gylippus classẽ a lacedæmõe cũ auxiliis accersit
quo cognito & ipsi athenienses in locũ amissi ducis Demosthenem & Eurimedonta cũ supplemento
copiaꝝ mittunt: Peloponnẽsii quoq; cõmuni ciuitatũ decreto ingentia Syracusanis auxilia misere: &
quasi Græciæ bellum in Siciliam trãslatũ esset. Ita ex utraq; parte summis uiribus dimicabat᷑. Prima
igit᷑ cõgressione naualis certaminis Atheniẽses uincunt᷑. Castra quoq; cũ omni publica ac priuata pe
cunia amittũt. Super hæc mala cũ etiam terrestri prælio uicti essent: tũc Demosthenes censere cœpit
ut abirent Sicilia: dum res quãuis afflictæ nondũ tamen perditæ forent: neq; in bello male auspicato
amplius perseuerandum esse; domi grauiora & forsitan infeciliora bella esse: in quæ reseruare hos
urbis apparatus opporteat. Nicias seu pudore male actæ rei: seu metu destitutæ spei ciuiũ: seu impel
lente fato manere cõtendit. Reparatur igitur nauale prælium: & a nimia prioris fortunæ procella ad
spem certaminis reuocantur, sed inscitia ducũ q inter angustias maris tuentes se Syracusãnos aggres-
si facile uincuntur. Eurimedon dux in prima acie fortissime dimicans primus cadit: triginta naues q-
bus præfuerat incendunt᷑. Demosthenes & Nicias etiam ipsi uicti exercitũ in terram deponunt: tu-
tiorem fugam rati itinere terrestri. Ab his relictas centũ triginta naues Gylippus inuasit ipsos deinde
insequitur fugientes: partim capit: cædit partim Demosthenes amisso exercitu a captiuitate gladio &
uoluntaria morte se uindicat. Nicias autem ne Demosthenis quidem exemplo ut sibi consuleret: ad
monitus cladem suorum auxit dedecore captiuitatis:

Prima atheniensium Classis in Siciliam missa

Nicias Alcibiades Lamacus

Gylippus Lacedæmonius

At᷑. Atheniensium cladẽ

IVSTINI HISTORICI LIBER QVINTVS.

Cum athenienses in Siciliam bellum per biennium cupidius q̃ felicius gerunt: Interim cõ-
citator & dux eius Alcibiades absens Athenis ĩsimulat᷑ mysteria cereris initioꝝ sacra nul-
lo magis q̃ silentio solẽnia enunciauisse. Reuocatusq; bello ad iudiciũ siue cõscientiã siue
indignitatem rei non ferens tacitus in exilium elidem profectus est inde ubi non damna
tum se tantum: uerꝝ etiam deis per oĩum sacerdotum religiones deuotum cognouit Lace
dæmona se cõtulit. Ibiq; regẽ Lacedæmonioꝝ ĩpellit. turbatis Atheniensibus aduerso Si
ciliæ ꝓlio ultro bellũ ĩferre. Quo facto oĩa Græciæ regna uelut ad extinguẽdũ cõmune incẽdiũ con
currit: Tantũ odiũ Atheniẽses ĩmoderati ĩperii crudelitate cõtraxerãt. Darius quoq; rex Persaꝝ me
mor paterni auitiq; ĩ hãc urbẽ odii facta cũ lacedæmoniis p Tisafernẽ ꝓfectũ Lydiæ societate omnẽ
sumptũ belli pollicet᷑. Et Erat qdẽ titulus cũ Græcis coeundi. Re autẽ uera timebat: ne uictis Athe-
niensibus ad se lacedæmonii arma trãsferrẽt. Quis igit᷑ miret᷑ tã florẽtes atheniẽsiũ opes fuisse: cũ ad
opprimẽdã unã urbẽ totius orientis urbes cõcurrerent? nõ tamẽ inertii neq; incruẽto cecidere bello
sed ꝓliati ad ultimũ uictores: etiã ĩterdũ cõsumpti magis fortunæ uarietate quã ui uicti sunt. Princi-
pio belli oẽs etiã ab his socii desciuerãt: ut fit: quo se fortuna eodem etiam fauor hominũ inclinat. Al
cibiades quoq; motũ aduersus patriam bellum non Gregarii militis opera sed imperatoris uirtuti-
bus adiuuabat. Nempe acceptis qnq; nauibus in asiam contendit: & tributarias Atheniensium ciui-
tates auctoritate nominis sui ad defectionem compellit. Sciebant enim domi clarum: nec exilio mi-
norem: nec tam ablatum Atheniensibus ducem q̃ Lacedæmoniis traditum: partaq;
cum amissis imperia pensarẽt. Sed apud Lacedæmonios uirtus Alcibiadis plus inuidiæ quam gratiæ
contraxit. Itaq; cũ principes uelut æmulũ gloriæ suæ interficiendum insidiis mandassent: cognita re

Alcibiadis exilium

At᷑. græciæ odia in athenienses

Alcibiadis gesta ĩ athenis

Alcibiades per uxorem Agidis regis quam adulterio cognouerat ad Tisafernem præfectum Darii regis profugit. Cui celeriter officii comitate & obsequendi gratia insinuauit. Erat enim & ætatis flore & formæ ueneratione: nec minus eloquentia etiam inter athenienses insignis: sed in reconciliandis amicitiarum studiis quam in retinendis uir melior: quia morum uitia sub umbra eloquentiæ primo latebat. Igitur persuadet Tisaferni ne tanta stipendia classi lacedæmoniorum præberet. Vocandos enĩ in portionem muneris Ionios: quorum pro libertate cum tributa atheniensibus penderent: bellum susceptũ sit. Sed nec auxiliis nimis enixe lacedæmoniis iuuandos. Quippe memorem esse debere alienam se uictoriam non suam instruere: & eatenus bellum sustinendũ ne inopia deseratur. nam regem Persarum dissentientibus græcis arbitrum pacis ac belli fore: & quos suis non possit ipsorum armis uicturum. perfecto autẽ bello statim ei cum uictoribus dimicandũ. Domesticis itaq; bellis Græciam obterendam ne externis uacet: exæquandasq; uires partium: & inferiores auxilio leuandos. Nõ enĩ quieturos post hanc uictoriã Spartanos: qui uindices se libertatis Græciæ professi sunt: grata oratio Tisaferni fuit. Itaq; commeatus malignæ præbere classem regiam nõ totam mittere: ne aut uictoriã totam daret: aut necessitatẽ deponẽdi belli imponeret. Interea alcibiades hãc operã ciuibus uendicabat. ad quẽ cũ legati atheniensiũ uenissent: pollicetur his amicitiã regis si respu. a populo trãslata ad senatũ foret: sperãs ut aut cõcordãte ciuitate dux belli ab oĩbus legeret aut discordia inter ordines facta ab altera parte ĩ auxilium uocaret. Sed atheniẽsibus ĩminẽte periculo belli maior salutis quam dignitatis cura fuit. Ita permittẽte populo ĩperiũ ad senatũ transfertur: qui cũ ĩsita genti superbia crudeliter in plebẽ consuleret: singulis tyrãnis sibi potẽtiã uendicãtibus ab exercitu alcibiades exul reuocatur. duxq; classi constituit. Statim igit athenas mittit ex cõtinẽti se cũ exercitu uẽturũ. receptu rumq; a quadringentis iura populi ni ipsi redderẽt. Hac denũciatiõe optimates territi primo urbẽ prodere lacedæmoniis tẽptauere: deinde cũ id nequiuissent ĩ exiliũ profecti sunt. Igit alcibiades ĩ testino malo patria liberata summa cura classem instruit: atq; ita in bellum aduersus lacedæmonas pergit. Iam zestromidarus & Pharnabasus lacedæmoniorum duces instructis nauibus expectabant. prælio commisso uictoria penes Athenienses fuit. In eo bello maior pars exercitus & omnes ferme hostium duces cæsi: naues octoginta captæ. Interiectis quoque ducibus cum bellum Lacedæmonii a mari in terram transtulissent: iterato uincuntur. His malis fracti pacem petiere: quam ne acciperent: opera eorum effectum est. quibus ea res quæstum præstabat. Interea & syracusanorum auxilia illatũ a carthaginensibus Siciliæ bellum domum reuocauit: quibus rebus destitutis lacedæmoniis Alcibiades cum classe uictrici Asiam uastat: multis locis prælia facit: ubiq; uictor recepit ciuitates: quæ defecerant: nonnullas capit: & imperio atheniensiũ adiicit. Atq; ita prisca nauali gloria uendicata adiecta etiam laude terrestris belli desyderatus ciuibus suis Athenas reuertitur. His omnibus præliis ducentæ naues hostiũ de præda ingens capta ad hũc redeuntis exercitus triumphum effusa omnis multitudo obuiam procedit: & uniuersos quidem milites præcipue tamen Alcibiadem mirantur. In hũc oculos ciuitas uniuersa. in hunc suspensa ora conuertit. Hunc quasi de cælo missum & ut ipsam uictoriã contuentur. laudant quæ pro patria. Nec minus admirantur quæ exul cõtragessent: excusantes ipsi iratum prouocatumq; fecisse. Enimuero tantum in uno uiro fuisse momenti: ut maximi imperii subuersi & rursum recepti auctor esset: & unde stetisset: eo se uictoria transferret: fieretq; cũ eo mira quædam fortunæ inclinatio. Igitur omnibus non humanis tantũ: uerũetiã & diuinis eũ honoribus honorant. certant secũ ipsi. utrum contumeliosius eũ expulerint: an reuocauerĩt honoratius. ipsos illi deos gratulantes tulere obuiam: quorũ execrationibus erat deuotus. Et cui pauloante omnem humanam opem interdixerant: eum si queant in cælo posuisse cupiunt. Explent contumelias honoribus: detrimenta muneribus. execrationes præcibus. Non Siciliæ illis aduersa pugna in ore ẽ: sed græciæ uictoria non classes per illum amissæ sed acquisitæ: nec Syracusarũ sed Ioniæ hellespontiq; meminerũt. Sic Alcibiades nũq̃ mediocribus: nec in offensam nec fauorem studiis suorũ exceptus est. Dum hæc agũtur a lacedæmoniis. Lysander classi belloq; perficitur: & in locũ Tisafernis Darius rex persarum filiũ suum Cyrũ Ioniæ Lydiæq; præposuit: q lacedæmonios auxiliis opibusq; ad spem fortunæ prioris erexit. Aucti igitur uiribus Alcibiadẽ cum centũ nauibus in Asiam profectum dũ agros longa pace diuites securos populatur: & prædæ dulcedine sine insidiarum metu sparsos milites haberet: repẽtino aduentu oppressere: tantaq; cædes palantium fuit: ut plus uulneris eo prælio Athenienses acciperent q̃ superioribus dederant: & tanta desperatio apud athenienses erat: ut ex continenti Alcibiadem ducẽ Conone duce cõmutarent: arbitrantes uictos se non fortuna belli sed fraude imperatoris: apud quem plus prior offensa ualuisset q̃ recentia beneficia. Vicisse autem eũ priore bello ideo tantum ut ostenderet hostibus: quem ducem spreuissent: & ut carius eis ipsam uictoriã uenderet. Omnia enim credibilia in alcibiade uigor ingenii & uitiorũ amor & morũ luxuria faciebat. Veritus itaq; multitudinis imperium denuo in uoluntariũ exilium proficiscitur. Itaq; Conõ Alcibiadi suffectus habẽs ante oculos cui duci successisset: classem maxĩa ĩdustria exornat: sed nauibus exercitus deerat fortissimis quibusq; in Asiæ populatione amissis. Armantur tamen senes aut impuberes ueri: & numerus militũ sine exercitus robore expletur. Sed non magnã bello morã ætas fecit. Imbelles aut cæduntur passim:

alcibiadis consilium aduersus Græcos — *Reuocatur ab exilio alcibiadẽs dux* — *athẽ. uictoria* — *Alcibiades redito athenas* — *Lysander* — *Atẽ. clades Conon*

aut fugientes capiuntur. Tantaq; strages aut occisorũ aut captiuoꝝ fuit: ut Atheniensium deletũ nõ imperium tantum uerumetiam nomen uideretur: quo prælio perditis & desperatis rebus ad tantam inopiam rediguntur: ut consumpta militari ætate: peregrinis ciuitaté: seruis libertaté: damnatis impunitatem darent. Eaq; colluuione hominũ domini antea Græciæ conscripto exercitu uix libertaté tuebantur. Iterum tamé fortunam maris experiendá decernũt: Tanta uirtus animorum erat: ut cum pauloante saluté desperauerint: nunc nõ desperent uictoriá. Sed neq; is miles erat: qui nomen Atheniensium tueretur. neq; hæ uires quibus uincere consueuerát: neq; ea scientia militaris in his: quos uincula nõ castra continuerũt. Itaq; omnes: aut capti: aut occisi: cũ dux Conon prælio superfuisset: solus crudelitaté ciuium metuens cũ octo nauibus ad regem Cyprium contendit. Euagoras auté dux lacedæmonioꝝ rebus feliciter gestis fortunæ hostiũ insultat. captiuas naues cũ præda bellica in triũphi modum ornatas mittit lacedæmona: ac tributarias atheniensiũ ciuitates: quas metus dubiæ belli fortunæ in fide tenuerat uoluntarias recepit: nec aliud ditioni Atheniensium præter urbem ipsam reliquit: quæ cuncta cũ athenis nunciata essent: omnes relictis domibus per urbem discurrere pauidi alius alium sciscitari: auctoré nũcii requirere: non pueros imprudentia: nõ senes debilitas: nõ mulieres sexus imbecillis domi tenet: adeo ad omné ætatem tanti mali sensus penetrauerat. In foro deinde coeunt: atq; ibi perpeti nocte fortuná publicam quæstibus iterant. Alii fratres: aut filios: aut parétes deflent: cognatos alii: alii amicos cariores cognatis: & cum priuatis casibus quærelam publicá miscét. Iam se ipsos: iam ipsam patriá petituram miserioréq; incolumiũ q̃ amissoꝝ fortunam iudicantes sibi quisq; ante oculos obsidionem famé & superbũ uictoréq; hostem proponétes. Iam ruinam urbis & incendia: iam omniũ captiuitatem & miserrimam seruituté recordantes feliciores prorsus priores urbis ruinas ducentes: quæ incolumibus filiis parentibusq; tectoꝝ tantũ ruina taxatæ sint. Nunc auté non classem: in quam sicuti pridem confugiant: superesse: nõ exercitũ: cuius uirtute seruati pulchrioria possent mœnia extruere. Sic defletæ ac prope perditæ urbi hostes superueniũt: & obsidione circũdatos obsessos fame urgent. Sciebant enim neq; ex aduectis copiis multum superesse: & ne nouæ aduehi possent prouiderát: quibus malis rebus Athenienses fracti post longam famem & assidua suorum funera pacem petiuere. quæ an dari deberet diu inter Spartanos sociosq; deliberatum. Cũ multi delendum Atheniensium nomen urbéq; incendio consumédá céserét: negarunt se spartani ex duobus græciæ oculis alterum eruturos: pacé polliciti: si demissa pyræũ uersus muri brachia deiecerint. nauesq; reliquæ forent traderent. resq; publica ex semetipsis. xxx. rectores acciperet. In has leges traditam sibi urbem lacedæmonii formádá Lysandro tradiderũt. Insignis hic annus & expugnatione athenarum & morte Darii regis persaꝝ: & exilio Dionysii Siciliæ tyráni fuit: mutato statu Athenaꝝ etiá ciuium conditio mutatur. Rectores. xxx. reipu. constituunt: qui fiũt tyráni. quippe a principio tria milia sibi satellitum statuũt: quantũ ex tot cladibus prope nec ciuiũ superfuerat. & quasi paruus hic ad continédam ciuitaté exercitus esset: septingentos milites a uictoribus accipiũt: cædes deinde ciuium ab alcibiade auspicantur: ne iterum rempublicá sub obtentu liberationis inuaderet: qué cũ profectum ad Artaxerxem persarum regem cõperissent: citato itinere miserunt. qui eũ interciperét: a quibus occupatus cum occidi aperte non posset uiuus in cubiculo: in quo dormiebat: crematus est. Liberati hoc ultoris metu tyranni miseras urbis reliquias cædibus & rapinis exhauriunt: quod cũ displicere uni ex numero suo therameni didicissent: ipsum quoq; ad terrorem omniũ interficiũt. Fit igit̃ ex urbe passim omnium fuga: repleturq; Græcia atheniensium exulibus: quod etiam ipsum auxiliũ a miseris eripit̃ nam lacedæmonioꝝ edicto ciuitates exules recipere prohibebantur. Omnes se argos & Thebas contulere. Ibi non solum tutum exilium egerunt: uerum etiam spem recuperandæ patriæ receperunt. Erat inter exules Thrasybulus uir strẽnuus & domi nobilis: qui audendum aliquid pro patria & ꝓ salute communi etiam cum periculo ratus adunatis exulibus castellum Finem Atticorum finium occupat. nec deerat quarundam ciuitatum tam crudelis casus miserantiũ fauor. Itaq; & his Menias thebanorum princeps & si publicis nõ poterat priuatis tamen uiribus adiuuabat: & Lysias Syracusanus orator exul tunc quingentos milites stipendio suo instructos in auxilium patriæ communis eloquẽtiæ misit. Fit itaq; asperum prælium: sed cum hinc pro patria summis uiribus inde pro aliena dominatione securius pugnaretur: tyranni uincunt̃ ur: uicti in urbem refugerunt: quam exhaustam cædibus suis etiá armis spoliant. Deinde cum omnes athenienses proditionis suspectos haberent: demigrare eos ex urbe iubent: & in brachiis muri: quæ diruta fuerant. habitare extraneis militibus imperium tuentes. Post hæc Thrasybulũ corrũpere iperit societaté pollicentes conátur: quod cũ nõ cõtigisset auxilia a lacedæmoniis petiuere. Quibus accitis iterato prælianť. In eo bello Critias & Hippolochus omniũ tyránoꝝ sæuissimi cadũt. Cæteris uictis cum exercitus eoꝝ ex quibus maior atheniẽsium erat: fugeret. magna uoce Thrasybulus exclamat cur se uictoriæ fugiant: potius quam ut uindicem cõis libertatis adiuuent: ciuium illá meminerint acié nõ hostium eẽ: nec se ideo arma cepisse ut aliqua uicti adimat: sed ut adempta restituat. xxx. se dominis nõ ciuitati bellũ inferre admonet. Dein de cognationis legum sacrorum tum uetusti per tot bella commilitii orat misereantur exulum ciuiũ si tam patienter ipsi seruiant: reddant sibi patriam: accipiant libertatem. His uocibus tantũ per mo-

Atñ. retentior Atheñ. clades

Atheniẽsiũ cõsternatio

athenæ i lacedæmoniorum potestaté cessere

atñ. annum insignem

alcibiadis interitus

atñ. Thrasybuli uirtutem

tum est:ut reuersus in urbé exercitus.xxx.tyrannos emigrare.Eleusina iuberet: substitutis decemq
rempublicam regerent:qui nihil exemplo prioris dominationis.territi eandem uiam crudelitatis ag
gressi sunt.Dum hæc aguntur nunciatur lacedæmonæ in bellum athenienses exarsisse:ad quod com
primendū Pausanias rex mittitur:qui misericordia exulis populi permotus patriá miseris ciuibus re-
stituit:& decem tyrannos ex urbe Eleusina migrare ad cæteros iubet. Quibus rebus cū pax statuta
esset:interiectis diebus repente tyranni nō minus restitutos exules quam se in exilium actos indigná
tur.quasi uero aliorum libertas sua seruitus esset:& bellum Athenienses inferunt:sed ad colloquium
ueluti dominationem recepturi progressi per insidias compræhensi ut pacis uictimæ trucidant̃.Po-
pulus:quem emigrare iusserant:in urbem reuocatur.Atq; ita per multa membra ciuitas diuisa ī unū
tantum corpus redigitur:& nequa dissensio ex ante actis nasceretur:omnes iureiurando obstringun
tur discordiaꝝ obliuioné fore.interea Thebani corinthiiq; legatos ad lacedæmonios mittūt:qui ex
manubūr portioné prædæ cōmunis belli periculiq; peterét,quibus negatis:nō quidé aperte bellum
aduersus lacedæmonios decernūt:sed tacitis animis tantá irá cōcipiūt:ut subesse bellū itelligi posset.
eodem fere tempore Darius rex Persaꝝ moritur artaxerxe & Cyro filiis relictis:regnū Artaxerxi.Cy
Tyrāni ate nis eiiciun tur ro ciuitates:quaꝝ præfectus erat testamento legauit.Sed Cyro iudiciū patris iniuria uidebatur.Itaq;
occulte aduersus fratrem bellū parabat,quod cū nūciatum Artaxerxi esset:accersitū ad se fratrem &
innocentiá dissimulatiōe belli simulanté cōpedibus aureis uinxit:interfecissetq;:ni mater prohibuis
set.Dimissus igitur Cyrus iam nō occulte bellū sed palam nec per dissimulationé sed aperta professio
Cyrus ne parare cœpit:auxilia undiq; contrahit,Lacedæmonii memores atheniensi bello enixe eius opera
adiutos uelut ignorantes contra qué bellum pararetur:decernūt auxilia Cyro mittenda:ubi res eius
exegisset:quærentes apud Cyrum gratiam.& apud artaxerxem.si uicisset ueniæ patrocinia: cū nihil
aduersus eū aperte decreuissent.Sed cū in bello sors prælu utrūq; fratrem pugnæ obtulisset:prior ar
taxerxes a fratre uulneraẗ:qué cum equi fuga periculo subtraxisset.Cyrus a cohorte regia oppressus
interficitur:sic uictor artaxerxes & præda fraterni belli & exercitu potitur.In eo prælio decem milia
græcorum in auxilio Cyri fuere:quæ & in cornu in quo steterant:uicerūt:& post morté Cyri neq; ar
mis tanto exercitu uinci neq; dolo capi potuerunt:reuertentesq; inter tot indomitas nationes & bar
baras gentes per tanta itineris spatia uirtute se usq; terminos patriæ defenderunt.

IVSTINI HISTORICI LIBER SEXTVS.

Acedæmonii more ingenii humani quo plura habent:eo ampliora cupientes:non
contenti accessione Atheniésium opum uires sibi duplicatas totius Asiæ imperiū
Hercilides 1 affectare cœperunt:sed maior pars inb regno persaꝝ erat.Itaq; Hercilides dux in
Artaxerxes hanc militiá electus cum uideret sibi aduersus duos pfectos Artaxerxis regis Phar
Pharnaba- nabasum & Tisaferné maximaꝝ gentiū uiribus succinctos dimicādū pacificari cū
sus altero statuit aptior uisus Tisafernes uir & industria potior & militibus Cyri quō
Tisapher- dam regis instructior in colloquium uocat̃:& statutis cōditionibus ab armis dimittit̃.Hanc ré Phar
nes nabasus apud cōmuné regé criminat̃:ut lacedæmios Asiam ingressos nō repulerit armis:sed impésis
regis aluerit:merceturq; ab his ut differant bella:quæ gerát:tāq̄ nō ad unius summá imperii detrimé
tum omne perueniat.Indignū ait bellū nō pfici sed redimi hosté præcio nō armis sūmoueri.His uoci
bus regem Tisaferni alienatū hortatur:ut in locū eius nauali belli ducé eligat Cononem atheniésem
qui amissa bello patria Cypro exulabat.Quippe atheniensibus & si fractæ sunt opes manere tamé na
ualem usum:nec si eligendus sit ex uniuersis meliorem aliū esse.Acceptis igit̃ qngétis talentis iussus
Conon est Conona classi præficere.His cognitis lacedæmonii & ipsi a rege ægypti Hercimonem in auxiliū
naualis belli per legatos petunt:a quo centū triremes & sexcentū milia modioꝝ frumenti missa:a cæ
teris quoq; sociis ingétia auxilia cōtracta sunt.Sed táto exercitui & cōtra tátū ducé deerat dignus im
perator.Itaq; postulantibus sociis Agesilaum ducé regem tunc lacedæmonioꝝ propter responsum
oraculi delphici diu lacedæmonii an eū summæ rei præponeré t:deliberauerūt:quibus futurus impe
rii finis denunciabat̃:cum regiū claudicasset imperiū:erat enim pede claudus.Ad postremum statue
agesilaus runt melius esse incessu regem quam imperio regnum claudicare:posteaq̄ Agesilaum cū ingentibus
copiis in asiam misere.nō facile dixerim:quod aliud par ducū tam bene comparatum fuerit.Quippe
ætas uirtus consilium sapientia utriq; prope una:gloria quoq; rerum gestarum eadem.Quibur cum
patria omnia fortuna dederit:inuictum tamen ab altero utrunq; seruauit:magnus igitur amborum
apparatus belli,magnæ res gestæ fuerūt.Sed Cononem sedino militum inuadit:quos præfecti regis
fraudare stipendio soliti erant:eo constantius:debita poscentibus quo grauioré sub magno duce mi
Conōis uir tus litiam præsumebant.Itaq; Conon diu rege per epistolas frustra fatigato ad postremum ipse ad eum
pergit.cuius aspectu & colloquio phibitus est:quod eū more persaꝝ adorare nollet.Agit tamé cū eo
per internuncios:& quæritur opulentissimi regis bella inopia delabi:& qui exercitum paré hostibus
habeat pecunia uinci:qua præstet:inferioremq; eum ea parte uirium inueniri:qua longe superior sit:

postulat sibi dari ministerium impensæ:quia pluribus id mandari perniciosum sit.Dato stipendio ad
classem remittitur;nec motam agendis rebus facit multa fortiter;multa feliciter agit.Agros hostiles
uastat,urbem expugnat & quasi tempestas quædam cũcta prosternit.Quibus rebus territi lacedæ-
monii ad patriæ subsidiũ reuocandũ ab asia agesilaum decernũt:interim Lysander ab agesilao profi-
ciscente dux patriæ relictus ingentem classem summis uiribus instruit fortunã belli tentaturus.Nam
& ipse Conon tunc primũ cum hostiũ exercitu concursurus magna cura suos ordinat.Sũma igit̃ non
ducum tantum in eo prælio q̃ militũ æmulatio fuit.Nam ipse dux Conon nõ tam persis q̃ patriæ stu Atẽ. cono-
debat & sicuti afflictis Atheniensium rebus auctor amissæ dominationis fuerat;sic uolebat idem ha- nis consiliũ
beri redditæ:patriamq; uincendo recipere:quam uictus amiserat,eo speciosius q; ne ipsorum quidẽ
Atheniensium:sed alieni ꝑlii uiribus dimicet & pugnaturus periculo regis uicturus præmio patriæ:
gloriamq; diuersis artibus q̃ priores ciuitatis suæ duces consecuturus.Quippe illos uincendo persas
patriam defendisse Persas uictores faciendo restituturũ patriam esse:porro Lysander præter coniun
ctionem Agesilai etiam uirtutum æmulator erat:contendebatq; ne a rebus gestis eius & gloriæ splen
dore decederet:neue tot bellis ac sæculis quæsitũ imperiũ breuissimi momenti culpa subuerteret.
Eadem militũ & omniũ regum cura erat;quoꝝ maior solicitudo cruciabat:nõn tam ne ipsi quæsitas
opes amitterent;q̃ ne ipsi Athenienses pristinas reciperent.Sed quãto maius prælium fuit;tanto & cla Athenis ho
rior uictoria Cononis.Victi lacedæmonii fugam capessunt;præsidia hostium athenis deducunt̃ po- stium præ-
pulo restituta dignitate conditio seruilis eripitur:multæ quoq; ciuitates recipiũtur.Hoc initiũ athe- sidium dei-
niensibus resumendæ potentiæ & lacedæmoniis habendæ finis fuit.Nãq; ueluti cum imperio etiam icitur
uirtutem perdidissent cõtemni a finitimis cœpere.Primi igitur Thebani auxiliantibus atheniẽsibus
bellum his intulere;quæ ciuitas ex infinitis incrementis uirtute Epaminũdæ ducis ad spem imperii
Græciæ erecta est.Fit itaq; terrestre prælium eadem lacedæmonioꝝ fortuna qua pugnatum aduer-
sus Conona nauali prælio fuerat.In eo bello Lysander quo duce atheniẽses uicti a lacedæmoniis fue Lysandri in
rant;interficitur. Pausanias quoq; alter dux lacedæmonioꝝ proditionis accusatus in exilium abiit. teritus
Igitur Thebani potiti uictoria uniuersum exercitum ad urbem lacedæmonioꝝ ducunt. facilem ex-
pugnationem rati quoniam deserti a sociis omnibus erãt:quod metuentes lacedæmonii regem suum
Agesilaum ex asia qui ibi magnas res gerebat,ad defensionẽ patriæ accersunt.Occiso enim Lysandro
nullius alterius fiduciam ducis habebant;cuius quoniã serus aduentus erat;conscripto exercitu ob-
uiam hosti procedunt.Sed uictis aduersus pauloante uictores nec animus neq; uires pares fuere. Pri-
ma igitur congressione funduntur:deletis iam suoꝝ copiis superuenit rex agesilaus:q restituto præ-
lio non difficulter recenti & multis expeditionibus indurato milite hostibus uictoriam eripuit: ipse
tamen grauiter sauciatur.Quibus rebus cognitis athenienses uerentes ne iterum lacedæmoniis ui-
ctoribus in pristinam sortem seruitutis redigerentur:exercitum contrahunt:eumq; in auxilium Boe
tiorum Phiphicratem.xx.quidem annos natũ:sed magnæ indolis iuueni duci iubent. Huius adole-
scentis supra ætatem uirtus admirabilis fuit:nec unq̃ ante eũ athenienses inter tot tantosq; duces aut
spei maioris:aut indolis maturioris imperatorẽ habuerũt.In quo non imperatoriæ tantũ uerũ etiam
oratoriæ artes fuere.Conon quoq; audito reditu agesilai & ipse ex asia ad populandos lacedæmiorum
agros reuertitur.Atq; ita undiq; belli formidine circũstrepente clausi spartani ad summã desperatio-
nem rediguntur.Sed Conõ hastatis hostium terris athenas pergit ubi magno ciuiũ gaudio exceptus; Cononis re
plus tamen tristitiæ ipsi & ex incensa & diruta a lacedæmoniis patria q̃ læticiæ ex recuperata post tan ditus athe-
tum temporis cepit.Itaq; quæ incensa fuerant;prædaꝝ sumptu & exercitu persarũ restituit;quæ diru nas
ta fuerant,reficit.Fatum illud athenaꝝ fuit;ut ante a persis crematæ manubiis eoꝝ:& nunc a lacedæ Atẽ. Athe-
moniis dirutæ ex spoliis lacedæmonioꝝ restituerentur:uersa quoq; uice nunc haberent socios;quos narum fatũ
tunc hostes habuerunt:& hostes nũc paterentur;cũ quibus iuncti tunc carissimis societatis uinculis
fuerant.Dum hæc aguntur artaxerxes rex persarum legatos in græciam mittit:ꝑ quos iubet omnes
ab armis discedere;qui aliter fecisset eum se pro hoste habiturum ciuitatibus: libertatẽ suaq; omnia
restituit:quod non græciæ laboribus assiduisq; bellorum inter ciues odiis consulens fecit.sed ne oc-
cupato sibi ægyptio bello quod propter auxilia aduersus prefectos suos lacedæmoniis missa suscepe
rat;exercitus sui in græciam detinerentur.Fessi igitur tot bellis græci cupide paruere.Hic annus non
eo tantum insignis fuit;quod repente pax tota græcia facta est.sed etiam eo quod eodẽ tempore urbs pax toti gre
romana a gallis capta est;sed lacedæmonii secuti insidiantes absentiã Archadũ speculati castelliũ eoꝝ ciæ restitu
expugnant:occupatoq; præsidium imponunt.Itaq; armato instructoq; exercitu archades adhibitis ta
in auxilium thebanis amissa bello repetunt in eo prælio Archidamus dux lacedæmoniorum uulne Quõ tẽpo-
ratur:qui cum cædi suos iam ut uictos uideret:per præconem corpora interfectorum ad sepulturam re Roma a
poscit.Hoc est enim signum apud græcos uictoriæ traditæ:qua confessione contenti thebani signũ gallis capta
parcendi dedere.post paucis diebus neutris quicquam hostile facientibus cum quasi consensu tacito
induciæ essent lacedæmoniis alia bella aduersus finitimos gentibus;thebani Epaminunda duce oc-
cupandæ urbis eorum spem cœperunt, igitur principio noctis taciti lacedæmona proficiscuntur:nõ
tamen aggredi incautos potuerunt.Quippe senes & cætera imbecillis ætas cum aduentum hostium

Spartanoꝝ senum uirtus

persensissent: in ipsis portarum angustiis armati occurrunt: & aduersus quindecim milia militum nō amplius centum iam affectæ ætatis uiri pugnæ se offerunt: tantum animoꝝ uiriūqꝫ patriæ & penatum conspectus sumministrat: tantoqꝫ præsentia ꝗ recordatione sui maioris spem largiūtur. Nam ut uiderunt intra quæ & ꝓ quibus starent: aut uincendū sibi: aut moriendū censuerūt. Pauci igitur sustinuere senes aciem: cui par ante diem uniuersa iuuentus esse nō potuit in eo prælio duo duces hostiū cecidere: cum interim agesilai aduentus nunciatur. thebani recessere: nec bellum diu dilatum. Siquidem spartanorum iuuentus senū uirtute & gloria incensa teneri non potuit: quin ex continenti acie decerneret: cū uictoria thebanoꝝ esset. Et Epaminundas dū non ducis tantum uerūetiam fortissimi militis officio fungitur: grauiter uulneratur quo audito his ex dolore metus: & illis ex gaudio stupor

Epaminundæ īteritus

inicitur: atqꝫ ita ex placito consensu a prælio discedit. Post paucos deinde dies Epaminundas decedit: cum quo uires quoqꝫ reipublicæ ceciderunt. Nam sicuti telo si primam aciem præfregeris: reliquo ferro uim nocendi sustuleris: sic illo uelut mucrone teli ablato duce thebanoꝝ reipublicæ uires hebetatæ sunt: ut non tam illū amisisse ꝗ cum illo interisse omnes uiderentur. Nam neqꝫ hūc ante ducē ullum memorabile bellum gessere: nec postea uirtutibus: sed cladibus insignes fuere: ut manifestum sit patriæ gloriam & natam & extinctam cū eo fuisse. Fuit autem incertum uir melior an dux eēt: nā & imperium non sibi semꝑ sed patriæ quæsiuit. & pecuniæ adeo parcos fuit: ut sumptus funeri defuerint. gloriæ quoqꝫ non cupidior ꝗ pecuniæ: quippe recusanti omnia imperia ingesta sunt. Honoresqꝫ

Epaminundæ uirtutes

ita gessit ut ornamentum non accipere sed dare ipsi dignitati uideretur. Iam litteraꝝ studium iā philosophiæ doctrina tanta: ut mirabile uideretur: unde tam insignis militiæ scientia homini inter litteras nato: neqꝫ ad hoc uitæ ꝓposito mortis ratio dissensit. Nam ut relatus in castra semi animis: uocē spiritumqꝫ collegit id unū a circunstantibus requisiuit: nū cadenti sibi scutum laboꝝ gloriæqꝫ sociū osculatus est. Iterum quæsiuit utri uicissent: ut audiuit thebanos bene habere se rem dixit: atqꝫ ita uelut gratulabundus patriæ expirauit. Huius morte etiam atheniensium uirtus intercidit: siquidem amisso cui æmulari consueuerant: in segnitiē corporesqꝫ resoluti nō ut olim in classem exercitus: sed in dies festos apparatusqꝫ ludorum redditus publicos effundunt & cum auctoribus nobilissimis poetisqꝫ theatra celebrant: frequentius scænam ꝗ castra uisentes. Versificatoresqꝫ meliores ꝗ duces laudantes. Tunc uectigal publicum: quo ante milites & remigēs alebātur: cū urbano populo diuidi cœ-

Philippus obses olim thebanꝭ datus

ptum. Quibus rebus effectum est: ut inter ocia græcoꝝ sordidum & obscurum antea macedonū nomen emergeret. Et Philippus obses triennio thebis habitus Epaminundæ & Pelopidarū uirtutibus eruditus. Regnum macedoniæ græciæ & asiæ ceruicibus ueluti iugum seruitutis imponeret.

IVSTINI HISTORICI LIBER SEPTIMVS.

Macedōiæ uetustas

Acedæmonia antea nomine Emathionis regis cuius prima uirtutis experimenta ī illis locis extant: Emathia cognominata est. Huius sicuti incrementa modica: ita termini perangusti fuere: populus pelasgi & regio boetia dicebatur. Sed postea uir-

1

tute regum & gentis industria: subactis primo finitimis mox populis nationibusqꝫ imperium usqꝫ extremos orientis terminos prolatū ē. In regiōe pæoniæ: quæ nunc portio est macedoniæ: regnasse fertur Thelogōus pater Astriopæi: cuius troiano

Europus

bello inter clarissimos undiqꝫ urbis nomen accepimus. Ex alio latere in europa Europus nomine regnum tenuit. Sed & Caranus cū magna multitudine græcoꝝ sedes ī macedonia responso oraculi iussus quærere: cum in Emathiā uenisset: urbem edyssam nō sentiētibus oppidanis propter ibriū & nebulæ magnitudinē gregē capraꝝ ībrē fugientiū secutus occupauit. reuocatusqꝫ in memoriā oraculi quo iussus erat: ducibus capris imperiū quærere: regni sedem statuit: religioseqꝫ postea obseruauit quocūqꝫ agmen moueret ante signa easdem capras habere: ceptoꝝ duces habiturus

Macedonū incremēta

quos regni habuerat auctores. Vrbem edyssam ob memoriā muneris ægæam populo: ægæadas uocauit. Pulso deinde Medanamis quoqꝫ portionē macedoniæ tenuit: aliisqꝫ regibus pulsis in locū omnium solus successit: primusqꝫ adunatis gētibus uarioꝝ populoꝝ ueluti unū corpus macedoniæ fecit: crescentiqꝫ regno ualida incremētoꝝ fundamenta cōstituit. Post hūc Perdicas regnauit: cuius uita illustris & mortis postrema ueluti ex oraculo p̄cepta memorabilia fuere. Siquidē senex moriēs Argæo filio mōstrauit locū: quo cōdi uellet: ibiqꝫ nō sua tātū sed etiā succedentiū sibi in regnū ossa poni iussit. Præfatus quoad ibi conditæ posteriorum reliquiæ forent: regnum in familia mansurum creduntqꝫ hac superstitione extinctam in Alexandro stirpem: quia locum sepulturæ mutauerit. Argæus

Vnđ macedonibꝰ bellica uirtus quæsita

moderate & cum amore populi administrato regno successorē filium Philippum reliquit: qui immatura morte raptus. Europum paruulum admodum instituit hæredem. Sed macedonibus assidua certamina cum thracibus & illyriis fuere. quorum armis ueluti quottidiano exercitio īdurati gloria bellicæ laudis finitimos terrebant. Igitur illyrii infantiā regis pupilli contēnētes bello macedonas aggrediuntur: qui prælio pulsi rege suo in cunis prolato & pugnæ ante aciē posito: acrius certamen repetiuerūt. Tāq ideo uicti fuissent antea: ꝗ bellātibus sibi regis sui auspicia defuissent; futuri uel ꝓpterea

uictores:q ex supstitione animum uincēdi ceperant:simul & miseratio eos infantis tenebat quem si
uicti forent:captiuum de rege facturi uidebantur. Conserto itaq prælio magna cæde illyrios fudere
ostenderuntq hostibus suis priore bello regem macedonibus nō uirtutem defuisse. Huic Amyntas
succedit:& propria uirtute & Alexandri filii egregia indole insigniter clarus:Cui alexandro tanta om
nium uirtutum naturæ ornamenta extitere:ut etiā olympio certamine uario ludicrorum genere cō
tendit. Cum interim Darius rex persarum turpi a scythia fuga summotus:ne ubiq deformis mili-
tiæ damnis haberetur:mittit cum parte copiaꝝ Megabasum ad subigendā thraciā:cæteraq eius tra-
ctus regna quibus pro ignobili momento erat accessura macedonia:qui breui tempore executo re-
gis imperio legatis ad Amyntam regem macedoniæ missis obsides in pignus futuræ pacis sibi dari
postulabat:Sed legati benigne excepti inter epulas ebrietate crescente rogant Amyntam:ut appara- Arf. ꝑ persa
tui epularum adiiciat ius familiaritatis adhibitis in conuiuium suum filiis & uxoribus & filiabus: id tū lasciuiā
apud persas haberi pignus ac fœdus hospitii:qui ut uenerunt petulantius eas contrectantibus filius
amyntæ Alexander rogat patrem respectu ætatis ac grauitatis suæ abire e conuiuio:pollicitus se hos-
pitum temperaturū iocos. Quo digresso mulieres quoq paulo e conuiuio euocat:cultius exornatu-
rus gratioresq reducturus. In quaꝝ locum matronali exornatos habitu iuuenes supponit:eosq petu Alexandri
lantiam legatorum ferro:quod sub ueste gerebant compescere iubet. Atq ita interfectis oībus igna- facinus
rus rei. Megabasus cū legati non redirent:mittit eo cum exercitus parte Bubarem:ut in bellū facile &
mediocre dedignatus ipse ire ne dehonestaretur prælio tam fœdæ genti: Sed Bubares ante bellum
amore filiæ Amyntæ captus omisso bello nuptias facit:depositisq hostilibus animis in affinitatis iu
ra succedit. Post discessum a macedonia Bubaris Amyntas rex decedit:cuius filio & successori Alexā
dro cognatio Bubaris non Darii tantum temporibus pacem præstitit:uerūetiam Xerxem cōciliauit: Bubaris
adeo ut cū græciam ueluti tempestas quædam occupasset:intus olympū hæmūq montes totius re-
gionis eū imperio donauerit. Sed nec uirtute minus q̄ persarum liberalitate regnum ampliauit. Per or-
dinem deinde successionis regnum macedoniæ ad Amyntam fratris eius Menelai filium peruenit: Amyntas
Hic quoq insignis industria:& omnibus imperatoriis uirtutibus instructus fuit:q ex Eurydice tres
filios sustulit Alexandrum:perdicam:Philippum alexandri magni macedonis patrem:& filiā Euryo- Alexander
nem. Ex Cygæa autem Archelaum: Arideum:Menelaū:qui cum Illyriis deide & cū olynthiis grauia Perdica fra
bella gessit. Insidiis autem Eurydices uxoris:quæ nuptias generi pacta occidendū uirum: regnumq tres
adultero tradendum susceperat:occupatus fuisset:ni filia pellicatum matris & sceleris consilia prodi- Philippus
disset. Functus itaq tot periculis senex recessit:regno maximo & filiis Alexandro tradito. Igitur Ale- Alexandri
xander inter prima initia regni bellum ab illyriis pacta mercede:& Philippo fratre dato obside rede- pater
bit. Interiecto quoq tempore per eundem obsidē cū thebanis gratiā pacis reconciliat:quæ res Philip
po maxima incrementa egregiæ indolis fuit. Siquidem triennio thebis obses habitus prima pueritiæ Vbi philip
rudiméta in urbe seueritatis antiquæ & in domo Epaminūdæ sūmi & philosophi & īperatoris depo pus preci-
suit. Nec multo post Alexāder īsidiis Eurydices matris appetitus occubuit:cui amyntas in scelere de- puas uirtu-
præhensæ ꝓpter cōmunes liberos ignatus eīsdē quādoq exitiosam fore pepercerat. Frater quoq eius tes imbibe
Perdica pari insidiaꝝ fraude decipitur:Indignū prorsus libidinis cā liberos a mře uita priuatos: quā rit
sceleꝝ suoꝝ suppliciis liberoꝝ cōtéplatio uindicauerat. Perdicæ hæc indignior cædes uidebatur:q
ei apud matrē misericordiā nec puulus qdē filius cōciliauerat. Itaq Philippus diu nō se regē sed tuto
rem pupilli egit. At ubi grauiora bella īminebāt:serūq auxiliū in expectatione īfantis erat: cōpulsus
a populo regnū suscepit:ut est ingressus imperiū magna de illo spes oībus fuit:& ꝓpter ipsius ingeniū
qđ magnū spōdebat uiꝝ:& ꝓpter uetera macedoniæ fata:quæ cecinerant uno ex Amyntæ filiis re-
gnante florētissimū fore macedoniæ statū:cui spei scelus matris hūc residuū fecerat. Principio regni
cū hinc cædes fratꝝ indigne pemptoꝝ:inde hostiū multitudo:hinc insidiaꝝ metus:inde inopia con
tinui belli & exhausti regni & īmaturā ætatē tyronis urgeret:bellaq ueluti cōspiratiōe q̄dā ad oppri-
mendā macedoniā multaꝝ gentiū ex diuersis locis unō tempore cōfluebāt:quoniā oībus par eē non
poterat dispēsanda ratus alia interposita pactiōe cōponit:alia redemit facillimis qbusq aggressis:quo
rum uictoria & militū trepidos aīos firmaret:& cōtéptū sibi hostiū demeret. Primū illi cū atheniensi Philippi ge
bus certamē fuit:qbus ꝑ insidias uictis metu belli grauioris cū interficere oēs posset: incolumes sine sta
precio dimisit. Post hos bello in illyriis trāslato multa milia hostiū cædit. Vrbē nobilissimā larissæā
capit:hinc thessaliā nō prædæ cupiditate sed qđ exercitui suo robur thessaloꝝ equitū adiūgere gestie
bat:nihil minus q̄ bellū metuētē īprouisus expugnat:unūq corpus equitū pedestriūq copiaꝝ inui-
cti exercitus fecit: qbus rebus feliciter ꝓueniētibus Olympiada Neoptolemi regis molossoꝝ filiam Olympias
uxorē ducit:cōciliāte nuptias fratre patruele tutore uirginis Arisba rege molossoꝝ:q sororē Olym- cuius filia
piadis Troadā in matrimoniū habebat:q cā illi exitii malorūq oīum fuit. Nā dū regni increméta af-
finitate Philippi acqsituꝝ se ꝑat ꝓprio regno ab eodē priuatus ī exilio cōsenuit. Is ita gestis philippo Vbi oculū
iā nō cōtētus sūmouere bella:ultro ēr getos lacessit. Cū methonā urbē oppugnaret in prætereuntem Philippus
de muris sagitta iacta dextrum oculum regis effodit. quo uulnere nec segnior in bellum nec iucun- amiserit
dior aduersus hostes factus est:adeo ut interiectis diebus pacem deprecantibus dederit:nec modera-

tus tantum uerum etiam mitis aduersus uictos fuerit.

IVSTINI HISTORICI LIBER OCTAVVS.

g Ræciæ ciuitates dum imperare singulæ cupiunt: imperium omnes perdiderunt.
Quippe in mutuum exitium sine modo ruentes ab omnibus uictæ periere: quod
singulæ amitterent: non nisi oppressæ senserunt. Siquidem philippus rex macedo
niæ ueluti e specula quadam libertati omnium insidiatus dū contentiones ciuita
tum alit: auxilium inferioribus ferendo uictos pariter uictoresq; subire regiā ser/
uitutem coegit. Causa & origo huius mali thebani fuere: qui cū rerū potirentur: se
Thebanorū iniuria eundam fortunam imbecillo animo ferentes uictos armis lacedæmonios & pho-
censes quasi parua supplicia cædibus & rapinis luissent: apud commune græciæ conciliū superbe ac-
cusauerunt. Lacedæmoniis crimini datū ꝙ arcē thebanam induciarum tēpore occupassent: phocen-
cibus ꝙ boetiam depopulati essent: prorsus quasi post arma & bellū locum legibus reliquissent. Cum
iudicium arbitrio uictorum exerceretur: tanta pecunia damnantur: quanta exolui non posset. Igitur
philomenes phocenses cum agris liberis coniugibusq; priuarētur desperatis rebus Philomenæ quōdam duce ue-
lut deo irascente templū ipsum Apollinis delphis occupauere. Inde auro & pecunia diuites conducto
mercenario milite bellum thebanis intulerunt: factumq; phocensiū tametsi omnes execrarentur ꝑp
sacrilegium: plus tamen inuidiæ thebanis: a q̄bus ad hāc necessitatē compulsi fuerant: q̃ ipsis intulit.
Itaq; auxilia his & ab atheniensibus & a lacedæmoniis missā. Prima igitur congressione Philomenes
Oenomaus thebanos castris exuit: sequenti prælio primus inter confertissimos dimicans cecidit: sacrilegii pœ-
nas impio sanguine luit. In huius locū dux Oenomaus creatur aduersus quem thebani thessaliq; nō
ex ciuibus suis ne uictoris potentiam ferre non possent: sed Philippum macedoniæ regem ducem eli
gunt: & externæ dominationi, quam in suis timuerunt: sponte succedunt. Igitur Philippus quasi sacri
legii non thebanorum: ultor esset: omnes milites coronas laureas sumere iubet: atq; ita ueluti deo du
ce in prælium pergit. Phocenses insignibus dei conspectis conscientia delictorum territi abiectis ar-
mis fugam capessunt: pœnasq; uiolatæ religionis sanguine & cædibus suis pendunt. Incredibile quan
tam ea res apud nationes Philippo gloriam dedit. Illū uindicem sacrilegii: illū ultorem religionū: q̄d
Philippi gloria | orbis uiribus expiari debuit: solū qui piacula exigeret extitisse dignū. Itaq; diis proximus habetur: p
quem deorū maiestas uindicata sit. Sed athenienses audito belli euentu ne in græciam Philippus tran
siret: angustias thermopilarū pari ratione secuti antea aduenientibus persis occupauere: sed nequaq̃
simili aut uirtute aut causa. Siquidem tunc pro libertate græciæ nunc pro sacrilegio publico: tunc a
rapina hostium templa uindicaturi: nunc aduersus uindices templorū raptores defensuri. Aguntq; se
propugnatores sceleris: cuius turpe erat alios uindices fuisse: immemores prorsus ꝙ in dubiis rebus
suis illo deo etiam consiliorum auctore usi fuerant: ꝙ illo duce tot bella uictores inierāt: tot urbes au
spicato condiderant: tantum imperiū terra mariq; quæsierāt: ꝙ nihil sine maiestate numinis eius aut
priuatæ unq̃ aut publicæ rei gesserant. Tantum facinus admisisse ingenia oīa doctrīa exulta: pulcher
rimis legibus īstitutisq; formata: ut q̄ unde posthac succensere iure barbaris possint: nō haberent: sed
nec philippus melioris fidei aduersus socios fuit. Quippe ueluti timens ne ab hostibus sacrilegii sce
lere uinceret: ciuitates quarū paulo ante dux fuerat: quæ sub auspiciis eius militauerāt: q̄ gratulatæ illi
sibiq; uictoriā nactæ fuerāt hostiliter occupatas diripuit. Cōiuges liberosq; oīum sub corona uændi-
dit: nō deorū īmortaliū tēplis: nō ædibus sacris: nō diis penatibus publicis priuatisq;: ad quos paulo an
te ingressus hospitaliter fuerat pepcit. Prorsus ut nō tā sacrilegii ultor extitisse: q̃ sacrilegiorū licentiā
quæsisse uideret. Inde ueluti rebus egregie gestis ī capadociā traiicit: ubi bello pari ꝑfidia gesto captis
q; ꝑ dolū & occisis finitis regibꝰ uniuersā ꝓuīciā īperio macedōię adiūgit. Deīde ad abolēdā īuidiæ fa
mā q̄ insignis ꝑ cæteris tūc tꝑis habebat. ꝑ regna mittit & opulētissimas ciuitates & ꝑhana ac tēpla q;
opinionē ferrēt regē philippū magna pecunia locare: & muros ꝑ ciuitates & phana ac tēpla faciēda: &
ut ꝑ ꝓcones susceptores sollicitarent: q cū ī macedoniā uenissent uariis dilatiōibus frustrati uim re-
Olynthiacum bellū giæ maiestatis timētes taciti ꝓficiscebant. Post hæc Olytithios aggredit: recepant. n. ꝑ misericordiā
post ædē unius duos fratres eius: quos Philippus ex nouerca genitos ueluti ꝑticipes regni interficere
gestiebat. Ob hāc igit cām urbē antiq̃ & nobilē excidit: & fratres olī destinato supplicio tradit: ꝑdaq;
ingēti pariter & parricidii uoto fruit. Inde q̄si oīa: q̃ agitasset aīo: ei licerēt: auraria ī thessalia argēti me
talli ī thracia occupat. Et ne q̄d ius uel fas iuiolatū ꝑtermitteret: piraticā quoq; exercere īstituit. His
ita gestis forte uenit ut eū fratres duo regis thraciæ nō cōtēplatiōe iusticiæ eius: sed īuicē metuentes
ne alterius uiribꝰ accederet disceptationū suarū iudicē eligerēt. Sed Philippus more īgenii sui ad iudi
ciū ueluti ad bellū īopinātibus fratribus īstructo exercitu supuenit: regno utrūq; non iudicis more
philippi scelera sed fraude latronis ac scelere spoliauit. Dū hæc agunt legati atheniēsiū petētes pacē ad eū uenerunt
quibus auditis & ipse legatos athenas cū pacis cōditiōibus misit: ibiq; ex cōmodo utrorūq; pax facta.:
Ex cæteris quoq; græciæ ciuitatibus non pacis amore sed belli metu legationes uenere. Siqui-
dem crudescente ira Thessali Boetiique orant: ut professum aduersum phocenses ducem Græ-
ciæ exhibeat tanto odio phocensium ardentes: ut obliti cladium suarum perire ipsi qui non perdere

eos præoptarét, expertamq; Philippi crudelitatem pati: q̃ parcere hostibus suis mallent. Contra phocensium legati adhibitis lacedæmoniis & atheniensibus bellū deprecabantur: cuius ab eo dilationē ter iam emerant. Fœdum prorsus miserandumq; spectaculum: græciam etiam nunc & uiribus & dignitate orbis terraꝝ principem regū certe gentiumq; semper uictricem: & multaꝝ adhuc urbiū dominā alienis excubare sedibus: aut rogantem bellū aut deprecantē in alterius ope omnem spem posuisse. Orbis terraꝝ uindices eo usq; discordia sua ciuilibusq; bellis redactos ut adulent̃ ultro sordidā pauloante clientelæ suæ partē & hoc potissimū facere thebanos lacedæmoniosq; antea inter se imperium nunc græciæ imperantis æmulos. Philippus inter hæc uindicatione gloriæ suæ tantarū urbium fastigiū agitat: atq; utros potius dignetur: æstimat. Secreto igitur auditis utrisq; leganonibus his ueniam belli pollicetur iureiurando adactis responsum nemini proditturos: illis contra uenturū auxiliumq; laturum. Vtrosq; uetat parare bellum aut metuere: sic uariato responso securis omnibus thermopylarum angustias occupat. Tunc primum phocēses se captos in fraude Philippi animaduerrentes trepidi ad arma confugiunt. Sed neq; spacium erat instruendi belli nec tempus ad cōtrabenda auxilia: & Philippus excidium minabatur: ni fieret deditio. Victi igitur necessitate pacta salute se dedunt. Sed pactio eius fidei fuit: cuius antea fuerat deprecati belli promissio. Igitur cædunt̃ passim: rapiunturq;: non liberi parentibus: non coniuges maritis: nō deoꝝ simulachra templis suis relinquuntus; unum tantū miseris solatium fuit: quod cū Philippus Portione prædæ socios fraudasset: nihil rerum suarū apud inimicos uiderūt. Reuersus in regnū: ut pecora pastores nūc i hybernos nūc inæstiuos saltus traiciunt: sic ille populos & urbes. Vt illi uel replenda uel derelinquenda quæq; loca uidebātur: ad libidinem suā transfert: miserāda ubiq; facies: & excidio similis erat. Nō quidē pauor ille hostilis: nec discursus per urbē militū erat: non tumultus armorū: nō boum atq; hominū rapina: sed tacitus memor & luctus: uerentibus ne ipsæ lachrymæ pro contumacia haberent̃. Crescit dissimulatiōe ipsa dolor: hoc altius dimissus quo minus profiteri licet: Nunc sepulchra maioꝝ: nūc ueteres penates nunc tecta: in quibus geniti erant in quibusq; genuerant: consyderabant. Miserantes nunc uicē suā: q in eam diē uixissent nunc filiorum: q nō post eā diem nati essent: alios populos in finibus ipsis hostibus opponit: alios in extremis regni terminis statuit: quosdam bello captos in supplementis urbium diuidit. Atq; ita ex multis gentibus natiōibusq; unū regnū populūq; constituit: Compositis ordinatisq; macedoniæ rebus dardanos cæterosq; finitimos fraude captos expugnat Sed nec a pximis manus abstinet. Siquidē Arisban regē epiri uxori suæ Olympiadi arctissima cognatione uinctū pellere regno statuit; atq; Alexandrum priuignū eius uxoris Olympiadis fratrē puerū honestæ pulchritudinis in macedonia noīe sororis accersit: omniq; studio sollicitatū in spem regni simulato amore ad stupri consuetudinem perpulit maiora in eo obsequia habiturus sine cōscietiæ pudore sine regni beneficio. Igit̃ cū. xx. ad ānos puenisset ereptū Arisbæ regnū puero admodū tradit scelestus i utroq;: nā nec in eo ius cognationis seruauit: cui ademit regnū; & cū cui dedit, impudicum fecit ante q̃ regē.

Quid possit discordiā aduerte

Phocentiū excidium

Philippi successus

ISTINI HISTORICI LIBER NONVS.

i N græciā Philippus cū uenisset sollicitatus paucaꝝ ciuitatū direptiōe & ex pda modicarū urbiū quātæ opes uniuersaꝝ eēnt aīo prospiciēs: bellū toti græciæ iferre statuit. Ad cuius emolumētū egregie ptinere ratus si sibi byzantiū nobilē & maritimā urbē receptaculū terra mariq; copiis suis futurū in potestatē redegisset: eādē claudētē sibi portas obsidiōe cinxit. Hæc nāq; urbs cōdita pmo a Pausania rege spartanoꝝ & p. vii. annos possessa fuit: deinde uariāte uictoria: nūc lacedæmonioꝝ: nūc atheniēsiū uiris habita ē; q incerta possessio efficit: ut nemine q̃si sua auxiliis iuuāte libertatē cōstātius tueret̃. Igit̃ Philippus lōga obsidiōis mora exhaustus pecūiæ cōmerciū de piratica mutuat̃. Captis itaq; clxx. nauibus mercīū ex distractis anhelātē inopiā paululū recreauit. Deinde ne unius urbis oppugnatiōe tātus exercitus teneret̃ pfectus cū fortissimis multas Chersonēsiū urbes expugnat filiū Alexādrū. x. &. viii. annos natū: ut sub militia patris tyrocinii rudiméta deponeret: ad se accersit: i scythiā quoq; pdādi cā pfectus more negociātiū ipēsas belli alio bello refecturus. Erat eo tēpore rex scythaꝝ Matthæas q cū bello istrianoꝝ pmeret̃ auxiliū a Philippo p apolloniēses petit: i successiōe eū regni scythiæ adoptaturus: cū iterim istrianoꝝ rex decedēs & metu belli & auxilioꝝ necessitate scythas soluit Itaq; Mathæas remissis macedonibus renūciari Philippo iubet: neq; auxiliū eius se petisse: neq; adoptionē mādasse. Nā neq; uindicta macedonū egere scythas. qbus meliores forēt: neq; hæredē sibi icolumi filio deesse. His auditis Philippus legatos ad matthæā mittit: ipesæ obsidiōis portionē petētes: ne iopia bellū deserere cogat̃. Quod eo pmptius eū facere debere q missis a se i auxiliū eius militibus nec sumptū qdē uiæ nō mō officii pcia dederit. Matthæas iclemētiā cæli & terræ sterilitatē causatus: q̃ nō patrimoniis ditet scythas: sed uix alimēta exhibeat: respōdit: nullas sibi opes eē: qbus tātū regē expleat: & turpius putaret puo defungi q̃ totū abnuere. Scythas aūt uirte animi & duricia corpis nō opibus cēseri. Quibus derisus Philippus soluta obsidiōe byzantii scythica bella aggreditur: præmissis legatis: quo securiores faceret q nun-

Bizantium a quo conditum

Prima alexandri militia

Ars philippi in scythi eo bello mouendo

cient Mathææ dum byzantium obsidet uouisse statuá Herculi:ad quá in hostio istri ponendá se ue-
nire placatum accessum ad religionem dei petens amicus ipse scythis uenturus. Ille si uoto fungi ue-
lit:statuam sibi mitti iubet:non modo ut ponatur:uerum etiá ut inuiolata maneat:pollicetur. Exer-
citum autem fines ingredi negat se passurum:ac si inuitis scythis statuam ponat:eo digresso sublatu-
rú uersurumq; æs statuæ in aculeos sagittarum. His utrinq; irritatis animis prælium committit. Cú
uirtute & animo præstarent scythæ:astutia Philippi uincuntur. xx. milia puerorum ac fœminarú ca-

Scythæ a philippo ui cuntur

pta:pecoris magna uis auri argentique nihil. Ea primum fides inopiæ scythiæ fuit. xx. milia no
bilium equarum ad genus faciendum in macedoniam missa. Sed reuertenti a scythia tribali Philip-
po occurrunt:negant se transitum daturos:ni portionem accipiant prædæ. Hinc iurgium & mox p̄-
lium. In quo ita in femore uulneratus est Philippus:ut per corpus eius equus interficeretur. cum om-
nes occisum putarent:præda amissa est. Ita scythica uelut deuota spolia pene luctuosa macedonibus
fuere. Vbi uero ex uulnere primum conualuit diu dissimulatum bellum atheniensibus infert:quoq;
causa thebani se iunxere:ne uictis meruétes atheniésibus uelut uicinú icédiú belli ad se transiret. Fa-
cta igitur inter duas paulo ante infestissimas ciuitates societate legationibus græciá fatigant:commu
nem hostem putant communibus uiribus summouendum. Neq; enim cessaturum Philippum si pro
spere prima successerint:nisi omnem græciam domuerit. Motæ quædam ciuitates atheniensibus se

Atheñ. a philippo ui cuntur

iungunt;quasdam autem ad Philippum belli metus traxit. Prælio commisso cum athenienses longe
maiore militum numero præstarent assiduis bellis indurata uirtute macedonium uincuntur:non ta
men immemores pristinæ gloriæ cecidere. Quippe aduersis uulneribus omnes loca quæ tuéda a du-
cibus acceperant:morientes corporibus texerunt; Hic dies uniuersæ græciæ & gloriam dominatiõis
& uetustissimam libertatem finiit. huius uictoriæ callide dissimulata læticia est. Deniq; non solita sa-
cra Philippus illa die fecit:non conuiuio risit:non ludos inter epulas adhibuit:nõ coronas aut ungué
ta sumpsit:& quantum in illo fuit ita uicit ut auctorem nemo sentiret. Sed nec regé se græciæ sed du
cem appellari iussit. Atq; ita iter tacitam læticiam & dolorem hostium temperauit:ut neq; apud suos
exultasse:neq; apud uictos insultasse uideretur. Atheniensibus quos passus infestissimos fuerat:& ca-
ptiuos gratis remisit:& bello consumptorum corpora sepulturæ reddidit:reliquiasq; funerum ut ad
sepulchra maiorum ferrent ultro ortatus est. super hæc Alexandrum filium cum amico Antipatro:q
pacem cum his amicitiamq; iungeret:athenas misit: Thebanorum porro non solum captiuos:uerum

Seuitia phi lippi in the banos

etiam interfectorum sepulturam uændidit. Principes ciuitatis alios securi percussit;alios in exiliú re-
degit:bonaq; omnium occupauit:pulsos deinde per iniuriam in patriam restituit ex horum numero.
ccc. exules iudices rectoresq; ciuitati dedit. Apud quos cum potentissimi quinq; rei eius ipsius crimi-
nis postularentur:quod per iniuriam se in exilium egissent;huius constantiæ fuerunt;ut omnes se au
ctores faterentur:meliusq; cum re.p. actum cum damnati essent:q̄ cum restituti contenderent. Mi-
ra prorsus audacia de iudicibus uitæ necisq; suæ quemadmodum possunt sententiam ferunt:conté-
tiuntque absolutionem:quam dare inimici possunt. & quoniam rebus nequeunt ulcisci uerbis usur-
pant libertatem. Compositis in græcia rebus Philippus omnium ciuitatum legatos ad formandum
rerum præsentium statum euocari corinthum iubet. Ibi pacis legem uniuersæ græciæ pro meritis sin
gularum ciuitatum statuit:consilium que omnium ueluti unum senatum ex omnibus eligit. Soli la-
cedæmonii & legem & regem contempserunt:seruitutem non pacem rati;quæ non ipsis ciuitatibus
conueniret:sed a uictore ferretur. Auxilia deinde singularum ciuitatum describuntur:siue adiuuan-
dus ea manu rex oppugnante aliquo foret;seu duce illo bellum inferendum:neque enim dubiú erat

Atẽ. Philip pi regis bel licum appa ratum

imperium persarum his apparatibus peti. Summa auxiliorum. cc. milia peditum fuere: & equitú. xv.
milia. Extra hanc summam & macedoniæ exercitus erat:& confinis domitarum géntú barbaries. Ini-
tio ueris tres duces in asiam persarum iuris præmittit Parmenõem. Amyntam:& Attalum;cuius so-

Olympias expulsa stu pri suspitio ne

rorem nuper expulsa Alexandri matre Olympiade propter stupri suspicionem in matrimonium acce
perat. Interea dum auxilia a græcia coeunt:nuptias cleopatræ filiæ Alexádri:quem regem Epiri fece
rat:celebrat. Dies erat pro magnitudine duorum regum & collocantis filiam & uxorem ducentis ap
paratibus insignis. Sed nec ludorum magnificentia deerat:ad quorum spectaculum Philippus cum
sine custodibus medius inter duos Alexandros filiú generumq; concederet:Pausanias nobilis ex ma-
cedonibus nemini suspectus adolescens occupatú angustus Philippú in trásitu obtruncat: diéq; læ-
ticiæ destinatú fœdú luctu funeris facit. Hic Pausanias primis pubertatis annis stuprum p iniuriam

Pausanias philippum obtrúcat

passus ab Attalo fuerat:cuius indignitati hæc etiam fœditas accesserat. Nam perductum in cõuiuio
solutúq; mero Attalus non suæ tantú uerum & conuiuarum libidini uelut scortum uile subiecerat:lu
dibriúq; oíum inter coæquales reddiderat. Hác ré ægre ferens Pausanias querelá Philippo sæpe detu
lerat. Cú uariis frustrationibus nõ sine risu deferret: & honoratum insuper ducatu aduersariú cerne-
ret:iram in ipsum Philippum uertit: ultionéq; quam aduersario nõ poterat:ab iniquo iudice exegit.
Creditum est etiam immissum ab Olympiade matre Alexandri fuisse:nec ipsum Alexandrum igna-
rum paternæ cædis extitisse:qppe nõ minus Olympiadé repudiú & prælatam sibi Cleopatram q̄ stu-
prum Pausaniá doluisse. Alexandrú quoq; regni æmulum fratré ex nouerca susceptum timuisse: eoq;

actum ut in conuiuio antea primum cum Attalo mox cum ipso patre iurgaret: Adeo ut etiam stricto gladio eum Philippus consectatus sit: ægreq; a filii cæde amicorũ precibus exoratus. Quamobrẽ Alexander ad auunculum se in Epirum cum matre: inde ad reges illiriorũ cõtulerat: uixq; reuocanti mitigatus est patri: precibusq; cognatorum ægre redire cõpulsus. Olympias quoq; fratrem suũ Alexandrum Epiri regem in bellum subornabat: peruicissetq; ni filiæ nuptiis pater generũ occupasset. His æimulis irarum utriq; Pausaniam de impunitate stupri sui querentẽ ad tantũ facinus impulisse creduntᷣ. Olympias certe fugienti percussori equos quoq; præparatos habuit. Ipsa deinde audita regis nece cum titulo officii ad exequias eadẽ nocte cucurrisset: in cruce pendentis Pausaniæ capiti eadem nocte qua uenit: coronam auream imponit: quod nemo alius audire nisi hæc superstite Philippi filio potuisset. Paucos deinde post dies refixũ corpus interfectoris super reliquias cremauit: & tumulum ei eodẽ fecit in loco: parentariq; eidem quot annis incussa populo superstitione curauit. Post hæc Cleopatram: a qua pulsa Philippi matrimonio fuerat: in gremio eius prius filia interfecta finire uitã suspendio coegit: spectaculoq; pendentis ultiõe potita ẽ: ad quã per parricidiũ festinauerat. Nouissime gladium illum: quo rex percussus est: Apollini sub nomine myrtalis consecrauit. Hoc enĩ nomen ante Olympiadis paruulæ fuit quæ omnia ita palam facta sunt: ut timuisse uideatur: ne facinus ab ea commissum non probaretᷣ. Decessit Philippus. xl. & vii. annorũ cũ annis. xxv. regnasset: genuit ex larissæa saltatrice filiũ Atideũ qui post Alexandrum regnauit. habuit & multos alios filios ex uariis matrimoniis regio more susceptos: qui partim fato partim ferro periere: Fuit rex armorũ q̃ cõuiuiorũ apparatibus studiosior: cui maxime opes erant instrumenta bellorum diuitiatum quæstu q̃ custodia solertior. Itaq; inter quottidianas rapinas semper inops erat misericordia in eo & perfidia pari iure dilectæ. Nulla apud eũ turpis ratio uincendi: blandus pariter & insidiosus alloquio qui plura promitteret q̃ præstaret. In seria & iocos artifex: amicitias utilitate non fide colebat: Gratiam fingere in odio: instruere ĩter cõcordãtes odia: apud utrũq; gratiã q̄rere solẽnis illi cõsuetudo. Inter hæc eloquẽtia & ĩsignis oratio acuminis & solertia plena: ut nec ornatui facilitas nec facilitati inuẽtionũ deesset ornatus. Huic Alexãder successit & uirtute & uiciis patre maior. Itaq; uincẽdi ratio utriq; diuersa hic aperta ille artibus bella tractabat. deceptis ille gaudere hostibus: hic palã fusis. Prudentior ille consilio: hic animo magnificentior: Irã pater dissimulare plerunq; & uincere: hic ubi exarsisset: nec dilationis nec modus erat. Vini nimis uterq; auidus: sed ebrietatis diuersa uitia patri mos erat: & de cõuiuio in hostẽ procurrere: manum conserere: periculis se temere offerre. Alexander nõ ĩ hostem: sed in suos sæuiebat quamobrem Philippum sæpe uulneratũ prælia remisere: hic amicorum ĩterfector conuiuio frequenter excessit. Regnare ille cum amicis nolebat: hic in amicos regna exercebat. Amari pater malle: hic metui: litterarum cultus utriq; similis. Solertiæ pater maioris: hic fidei: uerbis atq; oratione Philippus: hic rebus moderatior: parcendi uictis filio animus & promptior & honestior: frugalitati pater: luxuriæ filius magis deditus erat: quibus artibus orbis imperii fundamenta pater fecit: operis totius gloriam filius consummauit.

Argumenta cædis ab olympiade ĩ philippũ meditate

Myrtalis olim olympias dicta

Eloquẽtia in philippo

Comparatio philippi & alexandri

[IU]STINI HISTORICI LIBER. X.

a

[A]Rtaxerxi regi persarum ex pellicibus. cxv. filii fuere: sed tres tantũ iusto matrimonio suscepti: Darius: Ariarates. & Occhus. Ex his Darium contra morem persarum: apud quos rex nisi morte mutatur: per indulgentiam pater regẽ uiuus fecit: nihil sibi ablatum existimãs: quod ĩ filiũ cõtulisset: sinceriusq; gaudiũ ex procreatione captuꝝ: si ĩsignia maiestatis suæ uiuus in filio cõspexisset. Sed Darius post noua paternæ pietatis exẽpla ĩterficiẽdi patris cõsiliũ cepit. Sceleratus fuisset: si solus parricidiũ cogitasset: tãto sceleratior quãto ĩ societatẽ facinoris assumptos. l. fratres fecit parricidias. Ostẽti ꝓrsus genus: ubi ĩ tãto populo nõ solũ sociari: ueꝝ ẽt sileri parricidiũ potuit: ut ex. l. liberis nemo ĩuẽtus sit: quẽ aut paterna maiestas aut ueneratio senis: aut ĩdulgẽtia patris a tãta ĩmanitate reuocaret. Adeo ne uile paternũ nomẽ apud tot numero filios fuit: ut quoꝝ ꝑsidio tutus ẽr aduersus hostes esse debuerat: eoꝝ ĩsidiis circunuẽtus tutior ab hostibus q̃a filiis fuerit. Cã parricidii sceleratior ipso parricidio fuit. Occiso q̄ppe Cyro fraterno bello: cuius mẽtio supra habita ẽ. Astasiã pellicẽ eius rex Artaxerxes in matrimoniũ repeperat. Hãc partẽ cedere sibi sicuti regnũ Darius postulauerat: q ꝓ indulgẽtia sua ĩ liberos primo facturꝝ se dixerat: mox pœnitentia ductus ut honeste negaret: quod temere ꝓmiserat: solus eã sacerdotio ꝑfecit: q ꝑpetua illi ab oĩbus uiris pudicitia ĩperabatᷣ. Hĩc exacerbatus iuuenis ĩ iurgia primo pr̃is erupit mox facta cũ fratribus cõiuratiõe dũ pr̃i ĩsidias parat: dep̄hẽsus cũ sociis pœnas parricidii diis paternæ maiestatis ultoribus dedit: cõiuges quoq; oĩum cũ liberis: ne qđ uestigiũ tãti sceleris extaret: ĩterfectæ sũt Post hæc Artaxerxes morbo ex dolore cõtracto decedit. Rex q̃ pater felicior. Hereditas regni occho tradita: q timẽs parẽ cõiuratõem regiã cognatoꝝ cæde & strage p̄ncipũ replet: nulla nõ sanguinis nõ sexus: nõ ætatis misericordia ꝑmotus. s. ne ĩnocẽtior fratribus parricidis haberetᷣ. Atq; ita ueluti purificato regno bellum armeniis infert. In eo cum aduersus prouocatorẽ hostiũ Codomanus

Arẽ. filioꝝ numerum artaxerxis

Plutarchus Aspasiam uocat non astasiam & Artoxerxẽ nõ artaxerxem

quidam omnium fauore processisset:hoste cæso uictoriam suis pariter & prope amissam gloriam re-
stituit. Ob hæc decora idem Codomanus præficitur Armeniis Interiecto deinde tempore post mor-
tem Occhi regis ob memoriã pristinæ uirtutis rex a populo constituit. Darii noĩe ne qd regiæ maie-

Darii interitus

stati deesset honoratus belluq; cum Alexandro magno diu uariante fortuna magna uirtute gessit:
Postremo uictus ab Alexandro & a cognatis occisus uitam pariter cum persarum regno finiuit.

IVSTINI HISTORICI LIBER. XI.

N exercitu Philippi sicuti uariæ gentes erant:ita eo occiso diuersi motus animorum fue-
re. Alii quippe iniusta seruitute oppressi ad spem se libertatis erigebant. Alii tædio lon-
ginquæ militiæ remissam sibi expeditionem gaudebant: nonnulli facem nuptiis filiæ

Motus qui post philippi mortem sunt secuti

accensam rogo patris subditam dolebant. Amicos quoq; tam subdita mutatione rerum
haud mediocris metus ceperat, reputantes nunc prouocatam Asiam: nunc Europã nũ-
dum perdomitam: nunc Illirios & thracas & dardanos cæterasq; barbaras gẽtes fidei du
biæ & mentis infidæ: qui omnes populi si pariter deficiant resisti nullo modo posse. His rebus uelut
medela quædã interuentus Alexandri fuit: qui pro concione ita uulgus omne consolatus hortatusq;
pro tẽpore est: ut & metũ timẽtibus demeretur: & ĩ spem sui omnes impelleret. Erat hic annos. xx. na
tus, in qua ætate ita moderate de se multa pollicitus est: ut appareret pluta eũ expimẽtis reseruare. Ma
cedonibus immunitatem cũctaꝝ reꝝ preter militiæ uacationẽ dedit. quo facto tantũ sibi fauorem
omniũ conciliauit: ut corpus hominis non uirtutem regis mutasse se dicerent. Prima illi cura pater-
naꝝ exequiaꝝ fuit. In quibus ante omnia cædis consocios ad tumulũ patris occidi iussit: soli Alexan

Vlciscitur alexander cædem patris

dro lyncistaꝝ fratri pepercit: seruans in eo auspiciũ dignitatis suæ nam regẽ eum primus salutauerat.
æmulũ quoq; imperii Caranũ fratrem ex nouerca susceptũ interfici curauit. Inter initia multas gen-
tes rebellantes compescuit: orientes nonnullas seditiones extinxit: quibus rebus erectus tacito gradu
in græciam contendit: ubi exemplo patris Corinthum euocatis ciuitatibus dux in locum eius substi-
tuit. Inchoatũ deinde a patre persicũ bellũ aggreditur: in cuius apparatu occupato nunciatur Athe-
nienses Thebanos & Lacedæmonios ab eo ad persas defecisse: auctoremq; eius defectiõis magno au-
ri pondere a persis corruptum Demosthenem oratorem extitisse: qui macedonum deletas omnes cũ
rege copias a tribalis affirmauerit: producto in concionem auctore qui in eo prælio. ĩ quo rex cecide-
rat: se quoq; uulneratum diceret. Qua opinione mutatos omniũ ferme ciuitatũ animos esse præsidia
Macedonũ obsideri: quibus motibus occursurus tanta celeritate instructo paratoq; exercitu græciã

Demosthenis auctoritas

oppressit: ut quem uenire non senserant: uidere se uix crederent. In trãsitu hortatus Thessalos fuerat
beneficiorumq; Philippi patris maternæq; suæ cum his ab æacidaꝝ gente necessitudinis admonue-
rat: cupide hæc thessalis audiẽtibus exemplo patris dux uniuersæ gentis creatus erat: & uectigalia oĩa
reditusq; suos ei tradiderant: Sed Athenienses sicuti primi defecerunt: ita primi pœnitere cœperunt:
contemptum hostis in admiratione conuertentes: pueritiamq; Alexandri spretam antea supra uirtu-
rem ueteꝝ ducum extollentes: Missis itaq; legatis bellum deprecantur: quibus auditis & grauiter in-
crepatis Alexander bellum remisit. Inde thebas exercitum conuertit: eadem indulgẽtia usurus si pa-
rem pœnitentiam inuenisset. Sed Thebani armis non præcibus nec deprecatione usi sunt. Itaq; uicti ĩ
grauissima quæq; supplicia miserimæ captiuitatis experti sunt. Cum in consilio de excidio urbis de-
liberaretur Phocenses & Platæenses & Thespienses & Orchomenii Alexandri socii uictoriæq; parti-
cipes excidium urbium suarum crudelitatemq; thebanoꝝ referebant: studia in persas nõ præsentia
tantum uerum etiam & uetera aduersus græciæ libertatem increpantes. Quam obrem odium eos
omnium populoꝝ esse: quod uel ex eo manifestari: quod iureiurãdo se omnes abstrinxerit ut uictis
persis Thebas diruerent: adiciũt & sceleꝝ prioꝝ fabulas: quibus omnes scænas repleuerant: ut non
præsenti tantum perfidia: uerum & uetere infamia inuisi forent. Tunc Eleadas unus ex captiuis data
potestate dicendi non a rege se defecisse: quẽ interfectum audierint: sed a regis hæredibus: quicquid
in eo sit admissum credulitatis nõ perfidiæ culpam esse: cuius tamen iam magna se supplicia pepen-
disse. Deleta iuuenture nunc senum fœminaꝝq; sicuti infirmũ: ita ĩnoxium restare uulgus: ipsumq;

Arf. Eleade uerba ad alexandrum

stupris contumelisq; ita uexatum esse: ut nihil amarius unq̃ sint passi: nec iam pro ciuibus se: qui tã
pauci remanserint orare: sed pro innoxio patriæ solo & pro urbe: quæ non uiros tantum ueꝝ etiam
deos genuerit. Priuata etiam regem superstitione deprecari: geniti apud ipsos Herculis: unde origi-
nem gens æacidaꝝ trahat. Actaq; Thebis a parte eius Philippo pueritia rogat: urbi parcat: quæ maio
res eius ptĩ apud se genitos deos adoret: ptĩ educatos sũmæ maiestatis reges uiderit. Sed potẽtior fuit
ira q̃ pces. Itaq; urbs diruit: agri ĩter uictores diuidũt: captiui sub corona uæendũt. quoꝝ pciũ non ex
emẽtiũ cõmdo: sed ex inimicoꝝ odio extẽdit: miserãda res Atheniẽsibus uisa. Itaq; portas refugiis p-
fugoꝝ cõtra ĩterdictũ regis aperuere quã rẽ ita grauiter tulit Alexãder: ut secũda legatiõe denuo bel-
lũ daprecãtibus ita demũ remisit: ut oratores & duces quoꝝ fiducia totiẽs rebellẽt: sibi dedãt: paratis
q; atheniensibus ne cogant subire bellũ: eo res deducta est: ut retẽtis oratoribus. duces ex in exilium

rentur:qui ex continenti ad Darium profecti non mediocre momentum persarum uiribus accesse-
re.Proficiscens ad persicum bellum omnes nouercæ suæ cog natos:quos Philippus in excelliorē di-
gnitatis locū prouehens iperiis præfecerat:interficit:sed nec suis:q apti regno uidebant̄:pepercit:ne
qua materia seditionis ,pcul se agente in macedonia remaneret.& reges stipēdiarios cōspectioris īge
nii ad cōmilitiū secū trahit:seniores ad tutelā regni relinquit:adunato deinde exercitu naues onerāt:
unde conspecta asia incredibili ardore mentis accensus duodecim aras deoꝝ in belli uota statuit.Pa-
trimoniū omne suum:quod in macedonia europaq; habebat amicis diuidit:sibi asiā sufficere præfa-
tus:Priusquā nulla nauis litiore cederet:hostias cædit:petens uictoriam bello:quo totiens a persis pe
ritæ græciæ ultor relictus sit:qbus longa iā satis & matura imperia contigisse:quor ūq; tēpus esse ui- Atē.alex.
ces excipere melius acturos.Sed neq; exercitus eius alia q̄ regis animoꝝ ꝑsumptio fuit. Quippe obli uota
ti oēs coniugiū liberorūq; & longinquæ a domo militiæ persicū aurū & totius orientis opes iā quasi
suā prædā ducebāt:nec belli periculoꝝ sed diuitiaꝝ meminerant.Cum delati in continentē essent:
primus alexander iaculū uelut in hostilē terrā iecit:armatusq; de naui tripudiāti similis prosiluit.at-
q; ita hostias cædit:precatus ne se regē illæ terræ inuitæ accipiant.In ilio quoq; ad tumulos eoꝝ:qui Alexandri
troiano bello ceciderant:parentauit.Inde hostem petēs milites a populatione asiæ prohibuit: parcē- copiæ
dum suis rebus præfatus:nec perdēda ea quæ possessuri uenerāt.In exercitu eius fuere peditū.xxxii.
milia:equitū quattuor milia quingenti naues centum.lxxxii.hac tam parua manu uniuersum terra-
rum orbē utrū sit admirabilius uicerit:an aggredi ausus fuerit incertū est:cū ad tā periculosum bel-
lum exercitū legerit non iuuenes robustos nec primo flore ætatis:sed ueteranos plærosq; etiā emeri-
tæ militiæ:qui cū patre patruisq; militauerant:elegit:ut non tam milites q̄ magistros militiæ electos
putares.Ordines quoq; nemo nisi sexagenarius duxit:ut si principia castrorum cerneres: senatum te Principia
alicuius priscæ reipublicæ uidere diceres.Itaq; nemo in ꝓlio fugā sed uictoriā cogitauit:nec in pedi- quid sint
bus cuiquā spes sed in lacertis fuit.Contra rex persaꝝ Darius fiducia uiriū nil astu agere affirmās suis
occulta cōsilia uictoriæ furtiuæ conuenire:nec hostē regni finibus arcere:sed intimū regnū accipere:
gloriosius ratus repellere bellū:q̄ non admittere.Prima igitur congressio in campis Adrastis fuit . In
acie persarum sexcenta milia militū fuere:quæ nō minus arte Alexandri q̄ uirtute macedonū supera Vide ne
ta terga uerterunt.Magna itaq; cædes persaꝝ fuit.De exercitu Alexandri nouē pedites:centū.xx.eq- Adramiti-
tes cecidere:quos rex impense ad cæterorū solatia humatos statuis equestribus donauit : cognatisq; nis sit legē-
eoꝝ īmunitates dedit.Post uictoriam maior pars asiæ ad eū defecit:gessit & plura bella cū ꝑfectis Da dum
rii.quos iam non tā armis q̄ terrore nominis sui uicit.Dum hæc agunt̄:interim inditio captiui ad eū
fertur:insidias ei ab Alexandro lyncistarum genero Antipatris qui præpositus macedoniæ erat: para
ri:ob quam causam timens ne quis interfecto eo in macedonia motus oriretur:in uinculis eū habuit
Post hæc gordin urbē petit:quæ posita est īter phrygiam maiorē & minorē:cuius urbis potiundæ nō
tam propter prædam cupido eum cepit:sed quod audierat in ea urbe in templo Iouis iugum plaustri Gordii
gordii positum:Cuius nexum si qs soluisset:eum tota asia regnaturum antiqua oracula cecinisse:hu plaustrum
ius rei causa & origo illa fuit.Gordius cum in his regionibus bobus conductis araret:aues eum om-
nis generis circum uolare coeperunt.Profectus ad consulendos augures uicinæ urbis obuiam in por
ta habuit uirginem eximiæ pulchritudinis:percunctatusq; eam quem potissimum augurem consule
ret.Illa audita causa consulendi gnara artis ex disciplina parentum regnum ei portendi respondit:pol
licetur q; se & matrimonii & spei sociam:tam pulchra conditio prima regni felicitas uidebatur : post
nuptias inter phrygas orta seditio est:consulentibus de fine discordiarum oracula responderunt re-
ge discordiis opus esse:Iterato quærentibus de persona regis:iubentur eum regem obseruare . quem
reuersi primum in templum Iouis euntem plaustro reppperissent:obuius illis Gordius fuit:statimque
eum regem consalutant:Ille plaustrum:quo uehenti regnum delatum fuerat:in templo Iouis positū
maiestati consecrauit regiæ.Post hūc filius Mida regnauit:qui ab Orpheo sacrorum solemnibus ini- Gordius
tiatus phrygiam religionibus impleuit:quibus tutoir omni uita q̄ armis fuit.Igitur Alexander capta Mida
urbe cum in templum Iouis uenisset:iugum plaustri requisiuit:quo exhibito cum capita loramento
rum intra nodos abscondita reperire non posset:uiolentius oraculo usus gladio loramenta cædit.At
q; ita resolutis nexibus latentia in nodis capita inuenit hoc illi agenti nunciatur Darium cū ingenti
exercitu aducotare.itaq; timens angustias magna celeritate Taurū transcendit.In qua festinatiōe qn
genta stadia cursus fecit:cū tarsum uenisset captus cydni fluminis amoenitate per mediā urbē īfluen Tarsus
tis proiectis armis plenus pulueris ac sudoris in ꝑfrigidā nudū undā se ,piecit.Tū repēte tātus neruos Cydnus
eius occupauit rigor:ut itercl usa uoce nō spes mō remedii:sed nec dilatio periculi īteruenirēt.Vnus
erat ex medicis noīe Philippus q solus remediū polliceret̄.sed & ipsum Parmeniōis pridie a cappado
cia missæ epistolæ suspectū faciebant qui ignarus infirmitatis Alexandri scripserat a Philippo medi-
co ut caueret.nam corruptum illum a Dario ingenti pecunia esse:tutius tamen ratus dubiæ se fidei
medici credere quam indubitato morbo perire . Accepto igitur poculo epistolas medico tradidit: Atē.salu-
atq; ita iter bibendū oculos in uultū legentis intendit.Vt securū conspexit:lætior factus est sanitatē- bre Alex:
q; quarta die recepit.Igitur darius cum.ccc.milibus peditum & centum milibus equitum in aciem consilium

procedit. Mouebat hæc multitudo hostium respectu paucitatis suæ Alexandrum: sed interdum re-
putabat: quantas res cum ista paucitate gessisset: quatuorq; populos fudisset. Itaq; cum spes metū uin
ceret periculosius differre bellum ratus: ne desperatio suis cresceret circū quectus suos singulas gentes
diuersa oratione alloqtur. Illyrios & Thracas opū ac diuitiaꝝ ostentatione græcos ueterū bellorum
memoria æternīq; cū persis odii accendebant. Macedones autem nunc europæ uictæ admonet: nūc
asiæ expetitæ. nec inuentas illis toto orbe pares uires gloriatur. Cæterū & laborum finem hūc & glo-
riæ cumulū fore: atq; inter hæc identidē consistere aciē iubet: ut hac mora cōsuescāt oculis turba ho
stium sustinere: nec Darii segnis opera in ordinanda acie fuit. Quippe omissis ducum officiis ipse om
nia circūire: singulos hortari: ueteris gloriæ persaꝝ īperiiq; perpetuæ a diis īmortalibus datæ posses-
sionis admonere. Post hæc præliū ingentibus animis cōmittiť. In eo uterq; rex uulnerať tā diu certa-
men anceps fuit: quoad fugeret Darius. Exinde cædes persaꝝ secuta est. Cæsa sunt peditū unū & sexa
Atť. acre prælium giuta milia: equitū decē milia: capta quadtaginta milia. Ex macedonibus cecidere pedestres. cxxx. eq-
tes. c. l. in castris persaꝝ multū auri cæterarūq; opū inuentū. Inter captiuos castroꝝ mater & uxor ea-
demq; soror & filiæ duæ Darii fuere: ad quas uisendas hortandasq; cū alexander uenisset conspectis
armatis inuicem se complexæ uelut statim morituræ comploratioñē ediderūt. Prouolutæ deinde ge
nibus Alexandri non mortem: sed ut Darii corpus sepeliant: dilatione mortis deprecantur. Motus tā
ta mulierum pietate Alexander & Darium uiuere dixit: & timētibus mortis metū dimisit: easq; habe
ri & salutari ut reginas ꝓcepit: filias quoq; nō sordidius dignitate patris spate matrimoniū iussit. Post
hæc opes Darii diuitiarumq; apparatū cōtēplatus admiratione tātarū reꝝ capitur. Tunc premium
luxuriosa cōuiuia & magnificentiā epulaꝝ sectari: tunc Bersanien captiuam diligere propter formæ
pulchritudinē cœpit. A qua postea susceptū pueꝝ Herculē uocauit: memor tamen adhuc Darium ui
uere. Parmenionē ad occupandam persicam classem: aliosq; amicos ad recipiendas asiæ ciuitates mi-
Regnoꝝ ordinatio sit: quæ statim audita fama uictoriæ ipsius Darii præfectis cū auri magno pondere tradentibus se in
potestatē uictorū uenerunt. Tunc in syriam ꝓficisciť: ubi obuios cum insulis multos regis oriētis ha
buit. Ex his pro meritis singulorū alios in societatē recepit: aliis regnū ademit: suffectis in loca eorum
nouis regibus. Insigni præter cæteros fuit Abartomius rex ab Alexandro sidoniæ constitutis: quem
Alexander cū operā oblocare ad puteos exhauriendos hortosq; irrigandos solitus esset: misere uitam
exhibentē regē fecerat: spreti nobilibus ne generis id nō dantis beneficiū putarent. Tyriorum ciuitas
cum coronā aureā magni ponderis per legatos in titulū gratulationis Alexandro misisset: grate mune
re accepto tyrū se ire uelle ad uota Herculi reddenda dixit: cum legati rectius id eum in tyro uetere &
antiquiore tēplo facturū dicerent: inde deprecantes eius introitum ita exarsit: ut urbi excidiū minare
tur. Confestim q̄ exercitu insulæ applicato nō minus animosis tyriis fiducia carthaginensiū bello ex-
cipitur. Augebat enim tyriis animos Didonis exemplū: quæ carthagine condita tertiā partem orbis
quæsisset: turpe ducentes si fœminis suis plus animi fuisset in imperio quærendo q̄ sibi in tuēda liber
tate: Amota igitur imbelli ætate carthagine & accersitis mox auxiliis non magno post tēpore ꝑ prodi
Alexander ad ammonē Iouē ꝓficiscitur tionem capiūtur. Inde Rhodū Alexander ægyptū ciliciamq; sine certamine recepit. Ad Iouē deinde
Ammonē pergit cōsulturus & de euentu futurorū: & de origine sua. Namq; mater eius Olympias cō
fessa uiro suo Philippo fuerat: Alexandrum non ex eo se sed ex serpēte ingentis magnitudinis cōcepis
se. Deniq; Philippus ultimo prope uitæ suæ tēpore filiū suū non esse palā prædicauerat: qua ex causa
Olympiada uelut stupri compertā repudio dimiserat. Igitur Alexander cupiens originem diuinitatis
acquirere simul & matrem infamia liberate per præmissos subornat antistites qd sibi responderi ue-
lit. Ingredientem templum statim antistites ut Ammonis filiū salutant. Ille lætus dei adoptione hoc
se patre censeri iubet. Rogat deinde an omnes interfectores patris sui sit ultus: respondent patrē eius
nec posse īterfici nec mori: regis Philippi peractā plene ultionē esse. Tertiā interrogationē poscēti ui-
ctoriā omniū bellorū possessionēq; terrarū dari respondent: comitibus quoq; suis responsum: ut Ale
xandrum pro deo nō pro rege colerent. Hinc illi aucta insolentia mirusq; animo increuit tumor exē-
Alexādriæ conditio pta comitate quam & grecorum litteris & Macedonū institutis didicerat. Reuersus ab Ammone ale
xandriam condidit: & coloniam Macedonum caput esse ægypti iubet. Darius cum Babyloniam pro
fugisset: per epistolas alexandrum deprecatur redimendarum sibi captiuarum potestatem faciat. inq;
eam rem magnam pecuniam pollicetur. Sed alexander in precium captiuarum regnum omne nō pe-
cuniam petit. Interiecto tempore aliæ epistolæ Darii alexandro reddunt: quibus filiæ matrimonium
& regni portio offertur. Sed alexāder sua sibi dari rescripsit: iussitq; supplicem uenire: & regni arbitria
uictori permittere. Tum spe pacis amissa bellum Darius reparat: quadringentis milibus peditum &
centum milibus equitum obuiam uadit alexandro. In itinere nunciatur uxorē eius ex collisione abie
cti partus decessisse: eiusq; mortem illachrymatum alexandrum exequiasq; benigne prosecutum: id
q; eum non amoris sed humanitatis causa fecisse. Nam semel eam tantum alexandro uisam esse: cum
matrem paruulasq; filias eius frequenter consolaretur. Tunc Darius se ratus uere uictum cū post tot
prælia & beneficiis ab hoste superaretur: gratūq; sibi esse si uincere nequeat. q̄ a tali potissimū uince-
retur. Scribit itaq; & tertias epistolas & gratias agit: q; nihil ī suos hostile fecerit. Offert deinde maio-

rem partem regni usq; ad flumẽ eufratem:& alteram filiam uxorem:pro reliquis captiuis triginta milia talentoꝝ ad hoc Alexander gratiaꝝ actionẽ ab hoste superuacaneam esse respondit:nec a se quicquã factum in hostis adulatiõe:nec ꝙ in dubios belli exitus aut in leges pacis sibi lenocinia quæreret sed animi magnitudine:qua didicerit aduersus uires hostiũ non aduersus calamitates cõtendere. Polliceturq; se præstaturum ea Dario si secundus sibi non par haberi uelit. Cæteꝝ neq; mundum posse duobus solibus regi:neq; orbem summa duo regna:saluo statu terrarũ habere:proinde aut deditionem eadẽ die aut in posteram aciem paret: & nec polliceatur sibi aliã ꝙ sit expertus uictoria:Postera die aciem producunt:cum repente ante prælium confectũ curis Alexandrũ somnus arripuit. Cũ ad pugnam solus rex deesset a Parmenione ægre excitatus:quærentibus somni causa oĩbus inter pericula cum etiam ĩ ocio semper parcior fuerit:magno se metu liberatũ ait:somnũq; sibi a repentina securitate datum:q; licet cum oĩbus Darii copiis cõfligere ueritum se longam belli morã:si persæ exercitum diuidissent:ante prælium utraq; acies hostibus spectaculo fuit:Macedones multitudinẽ hominum corporum magnitudinem armorũq; pulchritudinem mirabantur:persæ autẽ a tam paucis uicta suorum tot milia stupebant. Sed nec duces circũire suos singulos cessabant Darius uix denis armatis singulos hostes:si diuisio fieret euenire dicebat. Alexander macedonas: monebat:ne multitudine hostium:ne corporis magnitudine uel coloris nouitate mouerẽtur. tantum meminisse iubet. nam usdem se tertio pugnare:nec meliores factos putarent fuga:cum in aciem secum tam tristem memoriã cædium suarum & tantum sanguinis de duobus prælus fusi ferrent. Et quemadmodũ Dario maiorẽ turbam hominum esse sic uiriũ sibi. Hortatur spernant illam aciem auro & argento fulgente: in qua plus prædæ ꝙ periculi sit cũ uictoria non ornamentoꝝ decore sed ferri uirtute quærat. Post hæc prælium committitur:Macedones in ferrum cum contemptu totiens a se uicti hostis ruebãt:cõtra persæ mori quam uinci præoptabant. Raro etiam ullo prælio tantum sanguinis fusum est. Darius cum uinci socios uideret:uoluit mori & ipse:sed a proximis fugere compulsus est. Suadentibus deinde quibusdam ut pons Cydni fluminis ad iter hostium impediendum includeret non ita saluti suæ uelle cõsultum ait:ut tot milia socioꝝ hostibus obiciat:debere & aliis fugæ uiã patere:quæ patuerit sibi. Alexander autẽ periculosissima quæq; aggrediebatur:& ubi confertissimos hostes acerrime pugnare cõspexisset:eo se semper ingerebant:periculaq; sua esse non militum uolebat. Hoc prælio Asiæ imperiũ rapuit:quinto post acceptũ regnũ anno cuius felicitas tanta fuit:ut post hoc nemo rebellare etiã ausus sit:patienterq; Persæ post imperium tot annoꝝ iugũ seruitutis acceperint. Donatis refectisq; militibus. xxxiiii. cõtinuis diebus prædã recognoscit. In urbe deinde clausa. xi. milia talentoꝝ inuenit. Expugnat & Persepolim caput p̄sici regni urbẽ multis annis illustrẽ:refertãq; oĩbis terraꝝ spoliis, quæ interitu eius primũ apparuerũt. Inter hæc octingenti admodũ græci occurrũt Alexãdro:q pœnã captiuitatis trũcata p̄te corpoꝝ tulerant:rogantes ut sicuti græciã se quoq; ab hostis crudelitate uindicaret. Data potestate redeundi agros:recipere maluerũt:ne nõ tam gaudiũ parentibus ꝙ detestandũ sui cõspectũ reportarẽt. Interea Darius in gratiam uictoris a cognatis suis aureis compedibus cathenisq; in uico spartanoꝝ Tanea uincit. Credo ita diis imortalibus uindicantibus:ut ĩ terra eoꝝ:q successuri ĩperio erãt:p̄saꝝ regnũ finiret. Alexãder quoq; citato cursu postera die superuenit. Ibiq; cognouit Dariũ clausũ uehiculo p noctẽ exportatũ. Iusso itaq; exercitu subseq cũ septẽ milibus eq̃tũ fugiẽtẽ inseq̃t. in itinere multa & piculosa p̄lia fecit. Emẽsus deinde multa milia passuũ cũ nullũ Darii indicium repperisset respirandi equis data potestate:unus ex militibus dũ ad fontẽ ꝓximũ p̄git ĩ uehiculo Dariũ multis qdẽ uulneribus cõfossum sed spirantẽ adhuc ĩuenit q applicito captiuo cũ ciuẽ ex uoce cognouisset:id saltẽ p̄sentis fortunæ solatiũ se habere dixit:q apud intellectuꝝ locuturus esset:nec incassum postremas uoces emissurus. Proferri hæc Alexandro iubet se nullis in eum meritoꝝ officiis maximoꝝ illi debitorẽ mori:q in matre liberisq; suis regiũ eius nũ hostilẽ animũ expertus:feliciusq; hostem ꝙ cognatos sortitus sit. Quippe & matri ac liberis suis ab eodẽ hostem uitã datã:sibi a cognatis ereptã:qbus & uitã & regna dederit. Quãobrẽ gratiã illi eã futurã:quã ipse uictor uolet. Alexãdro referre se:quã solã moriẽs põt gratiã p̄cari supeꝝ & ĩferũ numina & regales deos:ut illi terraꝝ oĩum uictori cõtingat ĩperiũ:p se iustã magis ꝙ graue sepulturæ ueniã orare. Quod ad ultionẽ ptineat iã nõ suã sed exẽpli cõmunẽq; oĩum regũ esse causam:quã negligere illi & indecoꝝ esse & piculosum: q̄ppe cũ in altero iustitiæ eius:in altero ẽt utilitatis cã uersef:in quã rẽ unicũ pignus fidei regiæ dextrã se ferendã Alexãdro dare. Post hæc porrecta manu expirauit. Quæ ubi Alexandro nũciata sunt:uiso corde defuncti tam indignam illo fastigio mortem lachrymis prosecutus est;corpusq; regio more sepeliri:& reliquias eius maiorum tumulis inferri iussit.

Atť. magnificũ alex. responsis

Atť. Darii charitatẽ ĩ suos

Verba Darii extrema ad Alex.

IVSTINI HISTORICI LIBER. XII.

a Lexander in persequendo Dario amissos milites magnis funeꝝ impensis extulit reliqs expeditionis eius sociis. xv. milia talentoꝝ diuisit. Equoꝝ maior pars æstu amissa inutilesq; etiam q superfuerant facti pecunia omnis. cliii. milia talentoꝝ ex uictoria nup con

Pecuniam bello quæsita.

gesta:eiq; parmenio præficitur. Dum hæc aguntur epistolæ antipatris a macedonia redduntur: qui-
bus bellum Agidis regis spartanoꝝ in græcia: Alexandri regis epiri in Italia: bellum Sophyrionis præ
fecti eius in scythia continebanť: qbus uarie affectus plus tamē letitiæ cognitis moribus duoꝝ æmu
lorū regū q̄ doloris amissi cū Sophyrione exercitus suscepit. Nāq; post ꝓfectionē Alexandri græcia
ferme omnis in occasionē recuperandæ libertatis ad arma cōcurrerat auctoritatē lacedæmonioꝝ se
cuta: q Philippi Alexandriq; pacē soli spreuerant: & leges respuerant. Dux huius belli Agis rex lacedæ
monioꝝ fuerat: quē motū Antipater contractis militibus in ipso ortu oppressit: magna tamē utrinq;
cedes fuit. Agis rex cū suos terga dantes uideret dimissis satellitibus: ut Alexandro si felicitate nō uir
tute inferior uidereť: tantas strages hostiū edidit. ut agmina interdū fugaret. Ad extremū & si a multi

Alexander epirota

tudine uictus: gloria tamen omnes uicit. Porro Alexander rex epiri in Italiam a tarentinis auxilia ad-
uersus brutios deprecantibus sollicitatus ita cupide profectus fuerat: ut in diuisione orbis terrarum
Alexandro Olympiadis sororis suæ filio oriens & sibi occidens forte contigisset: nō minorē reꝝ ma-
teriā in Italia africa siciliaq; q̄ ille in asia & in persis habiturus. Huc accedebat ut sicut Alexandro ma
gno delphica oracula insidias in macedonia: ita huic responsum dodonæi Iouis orbē pondosiā amnē
q; acherusium prædixerant: quæ utraq; cū in epiro essent: ignarus eadem & in italia esse ad declinan-
da fatoꝝ pericula peregrinam militiā cupidius elegerat. Igiť cū in Italia uenisset; primū illi bellū cū
apulis fuit: quoꝝ cognito urbis fato breui post tempore pacē & amicitiam cū rege eoꝝ fecit. Erat nā

A quibus Brundusiū conditum

q; tunc temporis urbis apulis brundusiū: quam ætoli secuti famā rerū in troia gestarū clarissimū ac
nobilissimū duce Diomedem condiderant: sed pulsi ab apulis cōsulentes oracula responsum accepe-
rāt: locū quē repetissent ꝑpetuo possessuros. Hac igiť ex cā ꝑ legatos sub belli cōminatiōe restitui sibi
ab apulis urbem postulauerant. sed ubi apulis oraculū innotuit interfectos legatos in urbe sepeliunt
perpetuo ibi sedē habitos: atq; ita defuncti respōso diu urbē possederūt. Quod cū factū cognouisset
Alexander epiri antiquitatis fata ueneratus bello apulorum abstinuit. Gessit & cum brutiis lucanisq;

Alexandri epirotæ interitus

bellum: multasq; urbes cœpit. tum & cū metapontinis & rutulis & romanis fœdus amicitiamq; fecit
sed brutii lucaniq; cū auxilia a finitimis contraxissent: acrius bellū repetiuere. Ibi rex iuxta urbē pan-
dosiam & flumen acheronta non prius fatalis loci cognito noīe q̄ occideret: īterficiť: moriensq; non
in patria fuisse sibi periculosam mortē. propter quam patriam fugerat: intellexit corpus eius tyrii pu-
blice redemptū sepulturæ tradiderunt. Dum hæc aguntur in Italia Sophyrion quoq; ꝑfectus ponti ab
Alexandro magno relictus ociosum se ratus si nihil ipse gessisset adunato. xxx. miliū militū exercitu
scythis bellū itulit. Cæsus cū omnibus copiis pœnas temere illati belli genti innoxiæ luit. Hæc cū nū
ciata in parthiam Alexādro essent: simulato mœrore propter Alexandri cognitionē exercitui suo tri
duo luctum indixit. Oibus deinde uelut Darii morte perpetrato bello reditū in patriam expectanti-
bus cōiuges & liberos suos animo iam quodāmodo complectentibus ad concionem exercitū uocat.

Successus bellorum alex.

Ibi nihil actū tot egregiis prœliis ait: si incolumis orientalis barbaries relinquať: nec se corpus sed re-
gnum Darii petisse. persequendosq; esse eos: q a regno defecerint: Hac oratione uelut ex integro inci-
tatis militū animis hyrcaniam Mardosq; subegit. Ibi ei occurrit Thalestris siue Minothæa amazonū
regina cum. ccc. mulieribus uigintiquinq; dieꝝ inter cōfertissimas gentes itinere cōfecto ex rege libe
ros quæsitura: cuius cōspectus aduentusq; admirationi fuit: & propter insolitum fœminis habitum:

Thalestris Minothea Amazonū regina

& ꝓpter expetitū cōcubitū. Ob hoc triginta diebus ocio datis ut uisa est uteꝝ implesse discessit. Post
hæc Alexāder habitū regū persaꝝ & diadema insolitū antea in regibus macedonicis uelut in leges eo
rū: quos uicerat: transiret: assumit. quæ ne inuidiosius & in se uno cōspicerenť. amicos quoq; suos lon
gam uestem auream purpureāq; sumere iubet: ut luxū quoq; sicuti cultū imitareť. persaꝝ inter pelli-
cum regeaꝝ greges electæ pulchritudinis nobilitans noctiū uices diuidit. His rebus īgentes epulaꝝ
apparatus adicit: ne ieiuna & destructa luxuria uidereť. cōuiuiū quoq; iuxta regiā magnificentiā lu-
dis exornat. immemor prorsus tantas opes amitti his moribus non quæri solere. Inter hæc indigna-
tio omnium totis castris erat: illū a Philippo patre tantum degenerauisse: ut etiam patriæ nomen eui
taret; moresq; persaꝝ assumeret: quos propter tales mores uicerat. sed ne solus uitiis eoꝝ: quos armis
subegerat: succubuisse uidereť: militibus quoq; suis permisit: si quaꝝ captiuaꝝ consuetudine tene-

Atť. alex. īstitutum

renť ducere uxores: existimans minorem in patriam reditus cupiditatem futuram habentibus in ca-
stris imaginem quandam larū ac domesticæ sedis: simul & laborem militiæ melliorē fore dulcedine
uxorē. In supplemēta quoq; militū minus exhauriri posse Macedoniā: si ueteranis patribus tyrones
succederent militaturi in uallo: in quo nati essent: constantioresq; futuri: si non solum tyrocinia ueꝝ
etiam incunabula in ipsis castris posuissent. quæ cōsuetudo in successores quoq; Alexandri misit. Igi-
tur & alimenta pueris statuta: & instrumenta armorum equorum quoq; iuuenibus data: & patribus

Epigoni. Vnde parthoꝝ reges originē habuerint

pro numero filiorū ꝑmia statuta. si quoꝝ patres occidissent: nihilominus pupilli stipedia patrū tra-
hebant: quorum pueritia inter uarias expeditiones militia erat. Itaq; a paruula ætate periculis labori
busq; indurati inuicti exercitus fuere. neq; castra aliter q̄ patriam: neq; pugnam aliud unquā q̄ uicto-
riam duxere. hæc soboles nomen habuit epigoni. Parthis deinde domitis præfectus his statuiť ex no
bilissimis persarū Andragoras: unde postea originē parthorū reges habuerunt. Interea nō Alexander

regio sed hostili odio sæuire in suos cœpit: maxime indignabatur carpi sermonibus suorum patris Phi-
lippi patriæque mores subuertisse. ꝓpter quæ crimina Parmenion quoque senex dignitate regi ꝓximus
cũ Philota filio de utroque prius quæstionibus habitis interficiunt. Fremere itaque omnes uniuersis ca
stris cœpere innoxii senis filiique casum miserantes: interdũ se quoque non debere melius sperare dicen-
tes. Quæ cũ nunciata Alexandro essent: uerens ne hæc opinio etiã in macedoniã diuulgaret: & ne ui
ctoriæ gloria sæuitiæ macula offuscaret: simulat se ex amicis quosdã in patriã uictoriarum nuncios
missurum. Hortat milites suis scribere: rarioré habituros occasioné ꝓpter militiã remotioré. datos fas-
ces epistolarum ad se tacite deferri iubet: ex quibus cognito de se singulorum iudicio in unam cohortem
eos: qui de rege durius opinati fuerãt contribuit: aut consumpturus eos: aut in ultimis terris in colo
nias distributurus. Inde Dracas: Euergitas: Parimas: Parapammenos: Hydaspios: cæterosque populos:
qui in radice caucasi morabant: subegit. Interea unus ex amicis Darii Bessus uinctus perducit: q re-
gem non solum ꝓdiderat: uerum etiam interfecerat: qué in ultioné ꝑfidiæ excruciãdũ fratri Darii tra-
didit: reputãs nõ tã hosté suũ fuisse Dariũ q̃ amicũ eius: a quo eẽt occisus: & ut his terris nomé relinq Atẽ. celeri-
ret: urbé Alexandriã sup amné Tanaim cõdidit intra diem septimũ decimũ muro. vi. milia passuũ cõ tatem ope-
sumato: trãslatus eo triũ ciuitatũ populis: quas Cyrus cõdiderat. In bactrianis quoque sogdianisque. xii. ris
urbes cõdidit: distributis his quoscũque in exercitu seditiosos habebat. his ita gestis soléni die amicos ĩ
cõuiuiũ uocat: ubi orta inter ebrios rerum a Philippo gestarum mentiõe præferre se patri ipse: rerũque sua-
rũ magnitudiné extollere cælotenus cœpit: assentante maiore conuiuarum parte. Itaque cũ unus ex se-
nibus Clytus ductus fiducia amicitiæ regiæ: cuius palmam tenebat: memoriãque Philippi tueret: lau-
daretque eius res gestas: adeo regem offendit: ut telo ad a satellite rapto eundé in cõuiuio trucidauerit:
qua cæde exultans mortuo patrociniũ Philippi laudéque paternæ militiæ obiectabat. Postquam satia
tus cæde aĩus qeuit: & ĩ locũ iræ successit existimatio: mõ & cãm occidédi cõsiderãs: pigre eum facti
cœpit: q paternas laudes tã iracũde accepisse se q̃ nec cõuicia debuisset: amicũque sené ꝑsonã occisi mõ
innoxiũ a se occisum ĩter epulas & pocula dolebat. Eodé igiẽ furore in pœnitentiã quo pridé in iram
uersus mori uoluit: Primũ in fletus ꝓgressus amplecti mortuũ: uulnera tractare: & quasi audiẽti co-
fiteri dementiã: arreptũ telũ in se uertit: peregissetque facinus ni amici interuenissent. Mansit hæc uo- Alexander
luntas moriẽdi etiã sequẽtibus diebus: Accesserat enĩ ad pœnitẽtiã nutricis suæ & sororis Clyti recor in cõuiuio
datio: cuius absentis eũ maxime pudebat: tã fœdã illi alimẽtorum suorum mercedé redditã: ut ĩ cuius ma- clytum oc-
nibus pueritiã egerat: huic iuuentus & uictor pro beneficiis funera remitteret. Reputabat deinde quã cidit
tũ in exercitu suo: quãtũ apud gẽtes deuictas fabularum atque inuidiæ: quãtũ apud cæteros amicos me-
tum & odiũ sui fecerit: q̃ amarum & triste reddiderit conuiuiũ suum: nõ armatus in acie q̃ conuiuio se-
dens terribilior. Tũc Parmenio & Philotas: tũc Amyntas consobrinus: tũc nouerca fratresque iterfe-
cti: tũc Attalus: Eurylotus: Pausanias: aliique Macedoniæ extincti principes occurrebant. Ob hæc illi
quatriduo perseuerata inedia est: donec exercitus uniuersi precibus exoratus est: precantis ne ita mor
tem unius doleat: ut uniuersos perdat: quos in ultimam deductos barbariam inter infestas & irritatas
gẽtes bello destituat: multũ ꝓfuere & Calisthenis philosophi preces cõdiscipulatu apud Aristotelem Plutarchus
familiaris illi. & tũc ab ipso rege ad prodenda memoriæ acta eius accitus. Reuocato igiẽ ad bellũ ani anaxarchi
mo Chatasinos & Dracas in deditioné accepit. deinde quod primo ex persico supbiæ regiæ more di- uerbis ait
stulerat: ne oĩa pariter inuidiosiora essent: nõ salutari sed adorari se iubet. Acerrimus inter recusantes alex. lena-
Calisthenes fuit: quæ res & illi & multis principibus macedonũ exitio fuit: siqdé sub specie insidiarũ tum
oẽs interfecti: retẽtus tamen est a macedonibus mos salutandi regis explosa adorationem. Post hæc
indiam petit: ut Oceano ultimoque oriente finiret imperiũ: cui gloriæ ut etiã exercitus ornaméta con
uenirent: phaleras equorum & arma militũ argẽto inducit: exercitũque suũ ab argenteis clypeis argyras-
pidas appellauit. Cũ ad nysam urbem uenisset: opidanis nõ repugnãn bus fiducia religionis Liberi pa Argyraspi-
tris: a quo cõdita urbs erat: parci iussit: lætus nõ militiã tantũ uerũ etiã uestigia se dei secutũ. Tunc ad des
spectaculũ sacri montis duxit exercitum naturalibus bonis uite hæderaque uestiti: nõ aliter: q si manu Nysa
cultus colentiumque industria exornatus esset. Sed exercitus eius ubi ad monté accessit: repentino mé
tis impetu in sacros dei ululatus instinctus cũ stupore regis sine noxa discurrit: ut intelligeret nõ tam
oppidanis parcendo q̃ exercitui suo se cõsuluisse. Inde mõtes dædalos regnaque Cleophidis reginæ pe Cleophis
tit: quæ cũ se dedidisset eius cõcubitu redemptum regnum ab Alexandro recepit: illecebris cõsecuta regina
quod armis non potuerat. filiũque ab eo genitum Alexandrum nominauit: qui postea regno Indorum
potitus est. Cleophis regina propter prostratam pudicitiam scortum regium exinde appellata est ab Alexander
indis. Peragrata india cum ad saxum miræ magnitudinis & asperitatis in quod multi populi con alex. filius
fugerant: peruenisset: cognoscit Herculem ab expugnatione eiusdem saxi terræmotu prohibitũ.
Captus itaque cupidine Herculis acta superare cum summo labore ac periculo potitus saxo eius om-
nes loci gentes in deditioém accipit. Vnus ex regibus indorum fuit. Porus nomine uiribus corporis
& animi magnitudine pariter insignis: qui bellum iam pridé audita Alexandri opinione in aduentũ
eius parabat. Commisso itaque prælio exercitum suum inuadere macedonas iubet: sibi regem eorum
priuatum hostem deposcit. Nec Alexander morã pugnæ fecit: sed prima cõgressione uulnerato equo

Porus Rex

cum præceps in terrã cecidisset:concursu satellitũ seruatus est. Porus multis uulneribus obrutus capitur:qui uictum se adeo doluit:ut cũ ueniá ab hoste inuenisset:neq; cibũ sumere uoluerit: neq; uulnera curari passus sit:ægreq; sit ab eo obtentũ:ut uellet uiuere:qué Alexander ob honorem uirtutis incolumen i regnũ remisit. Duas igit urbes cõdidit unã nicæã alterá ex nomine equi bucephalen uocauit. Inde adrestras:stathenos:passidas.gágaritas cæsis eo℞ exercitibus expugnat. Cũ ad euphites uenisset:ubi cũ ducentũ milibus hostiũ equitũ opperiebant:omnis exercitus nõ minus uictoriaℽ numero q̃ laboribus fessus lachrymis eum deprecat:ut finem tádé belli faceret:aliquádo patriæ redditusq; meminisset:respiceret militũ annos:qbus uix ætas ad reditũ sufficeret ostendere alius caniciem alius uulnera.alius ætate coosumpta corpora:alius cicatricibus exhausta. Solos se esse qui duorum regũ Philippi Alexandriq; continuá militiá pertulerint. Tandé orare ut reliqas saltẽ suas paternis sepulchris reddat:quo℞ nõ studius deficit:sed annis. Ac si nõ militibus uel ipse sibi parcat:ne fortunã suam nimis onerando fatiget. Motus his tam iustis precibus uelut in finem uictoriæ castra solito magnificentiora fieri iussit:quo℞ molitionibus & hostis terreret:& posteris admiratio sui relinqueret, nullum opus milites lætius fecere. Itaq; cæsis hostibus cũ gratulatione in eadé reuerterent. Inde Alexander ad amné agesyné pergit. Per hũc ad oceanũ deuehit. Ibi gesonas asybosq;:quos Hercules condidit in deditioné accepit. hinc ad ambros & sycambros nauigat:quæ gentes cũ armatis .lxxx. milibus peditum & .lx. milibus eqtũ excipiunt. Cũ prælio uictor esset:ad urbẽ eo℞ exercitũ ducit:quá desertam a

Indicæ gẽtes ab alex. uictæ

gens ad hercule in India condita

defensoribus cũ de muro quem primus ceperat animaduertisset:in urbis planiciem sine ullo satellite desilnt. Itaq; cũ cũ hostes solũ cõspexissent.clamore edito undiq; concurrunt:si possint:io uno capire orbis bella finire:& ultioné tot gentibus dare:nec minus Alexander cõstanter restitit:& unus aduersus tot milia præliat. Incredi bile dictu est:ut eũ nõ multitudo hostiũ:nõ magna telo℞ uis:non tantũ lacessentiũ clamor tesruerit:solus tot milia cæderet:ac fugaret. Vbi uero se obrui multitudine uidit:trũco se:q ꝓpe mnℽ stabat:applicuit:cuius auxilio totus cũ diu agmen sustinuisset:taodem cognito periculo eius amici ad eum desiliũt:ex quibus multi cæsi:præliũq; tam diu anceps fuit:quoad omnis exercitus muris deiectis in auxiliũ ueniret. In eo prælio sagitta sub mãma traiectus cũ sanguinis fluxu deficeret:genu posito tam diu præliatus est:donec eũ:a quo uulneratus fuerat : occideret. curatio uulneris grauior ipso uulnere fuit. Itaq; ex magna desperatiõe tandé saluti redditus. Polypercon̄ta cũ exercitu babyloniá mittit. ipse cũ lectissima manu naues conscendit:& oceani littora peragrat. Cum uenisset ad urbem Ambigeri regis oppidani inuictũ ferro audiẽtes sagittas ueoeno armái. atq; ita gemino mortis uulnere hosté a muris sumtuouentes plurimos interficiũt. Cũ iter multos lealiter uulneratus eriá Ptolemæus:moriturusq; iam uideretur:p qetem regi monstrata io remedia ueneni herba é:qua in potu accepta statim periculo é liberatus:maiorq; pars exercitus hoc remedio seruata:Ex

Atẽ. alexandri periculum

Herba salubris per qe rem demõstrata

pugnata deinde urbe reuersus in naues oceano libamenta dedit:prospe℞ in patriá reditũ precatus:ac ueluti curru circa metam acto positis imperii terminis:qua sinus aut terrarũ solitudines prodire passæ sunt:aut mare nauigabile fuit:secũdo æstu ostio fluminis Indi in uehitur. In monumenta re℞ a se gesta℞ urbem barcen condidit:arasq; statuit relicto ex numero amico℞ littoralibus indis præfecto. Inde ites terrestre facturus cũ atida loca medii itineris dicerentur:puteos opportunis locis fieri præcepit:quibus ingenti dulci aqua inuenta Babyloniam redit. Ibi multæ deuictæ gentes præfectos suos accusauerũt:quos sine respectu amicitiæ Alexáder in conspectu legato℞ necari iussit. Post hæc Darii regis filiam staturam in matrimonium recepit:sed & optimatibus macedonũ lectas ex omnibus gẽtibus nobilissimas uirgines tradidit:ut cõmuni facto crimé regis leuaretur. Tunc ad concioné exercitum uocat:& promittit se æs alienum omnium propria impensa soliturum:ut prædam præmiaq; integre domum ferant. Insignis hæc munificentia non summa tantum uerum etiam titulo muneris fuit:nec a debitoribus magis q̃ a creditoribus gratius acepta:quoniam utrisq; exactio pariter ac solutio difficilis erat tria & uiginti milia talentorum:in hos sumptus expẽsa. Dimissis ueteranis exercitũ ex iunioribus supplet:sed retenti ueterano℞ discessum ægre ferentes missioné & ipsi flagitabant:nec annos sed stipendia sua numerari iubebant:pariter in militia lectos:pariter sacramento solui æquum censentes:nec iam precibus sed conuicio agebant:iubentes eũ solũ cũ patre suo Ammone finire bella:ut milites suos fastidiat. contra ille nũc castigare milites:nũc lenibus uerbis monere:ne gloriosam militiam seditionibus infuscarent. Ad postremum cum nihil proficeret uerbis ad corripiendos seditionis auctores e tribunali in cõcionem armatam inermis ipse desilut:& nemine prohibẽte .xiii. correptos mano sua.ipse ad supplicia duxit:taniam uel illis moriendi patiẽtiam metus regis:uel huic exigendi supplicia constanciam disciplina militaris dabat. Iode separatim auxilia persa℞ in concionem alloquit. Laudat perpetuá illo℞ tum in se:tũ in pristinos reges fidem sua in illos beneficia memorat:ut nunquá quasi uictos sed ueluti uictoriæ socios habuerit. Deniq; se in illo℞ non illos in gentis suæ morem transisse:affinitatibus cõoubio℞ uictos uictoribus cõmiscuisse. Nũc quoq; ait custodiá corporis sui non macedonibbus tantum se uerũetiam illis creditu℞. Atq; ita mille ex his iuuenes in numerũ satellitũ legit:auxilio℞ quoq; portioné armatá in disciplinam macedonũ exercitui suo miscet quá rem ægre macedones tulerunt : iactãtes hostes suos in officium suũ a rege subactos. Tũc uniuer

Missio ueterano℞

Alexandri ira in suos

Persæ ad custodiam corporis ab alex. leguntur

.i flentes regẽ adeunt orant: ut suppliciis suis potius saturet se ꝙ̃ contumeliis: qua modestia obtinue-
rũt: ut.xi.milia militũ ueteranoꝝ exauctoraret. sed ex amicis dimissi senes Polypercon. Clytos: Gor-
gias: Polydamas: Anngõas. Dimissis his Crateris ꝑpõit iussus ꝑesse macedõibus ĩ Antipatri locõ Ati
patrũq; cum supplemento tyronũ in locũ eius uocat stipendia rruerentibus ueluti militantibus da-
ta. Cum hæc agunt: unus ex amicis eius Ephestion decedit dotibus primo formæ pueritiæq; mox ob
sequiis regi percarus: quẽ cõtra decus regiũ Alexander diu luxit: tumulũq; ei duodecim milia talento
rũ fecit. eũq; post mortẽ coli: ut deũ iussit. Ab ultimis littoribus oceani Babyloniam reuertenti nun-
ciãt legatiões carthaginẽsiũq; cæterarũq; africæ ciuitatũ. Ꝗ hispaniaꝝ: siciliæ galliæ sardinæ: nõnullas
quoq; ex italia eius aduẽtũ babyloniæ op̃riri: adeo uniuersum terraꝝ orbẽ nois eius terror iuaserat ut
cũctæ gẽtes ueluti destinato ibi regi adularent. Hac igit ex cã Babyloniã festinanti uelut cõuẽtũ ter-
raꝝ orbis: acturo quidã ex magis ꝑdixit: ne urbẽ itroiret testatus húc locũ ei fatalẽ fore. Ob hoc omis
sa Babylonia ĩ byrũã urbẽ trans euphratẽ desertã olim cõcessit. Ibi ab Anaxarcho philosopho cõpul
sus est rursum magoꝝ ꝑdicta cõtẽnere: ꝙ falsa ut incerta & si fatis constent: ignota mortalibus: ac si
naturæ debeant: iimutabilia. Reuersus igit Babyloniã multis diebus ocio deditis intermissum olim
cõuiuiũ solẽniter instituit: totusq; in lætitiã susus cũ diei noctẽ cõiunxisset peruigilẽ: iã e cõuiuio me
dicus Thessalus ingaurata cõmessatione & ipsum & sodales eius inuitat: Accepto poculo media poti Alexander uenenum bibit
one repente ueluti telo Alexãder cõfixus ingemuit. Elatusq; e cõuiuio semianimis tãto dolore cru-
ciatus est: ut ferrũ in remedia posceret: tactũq; hoium uelut uulnera indolesceret. Amici cãm morbi
intemperiẽ ebrietatis disseminauerũt. Re autẽ uera insidiæ fuerũt: quaꝝ infamiã successoꝝ potẽtia
oppressit. Auctor insidiaꝝ Antipater fuit; qui cũ carissimos amicos eius interfectos uideret. Alexan-
drum generꝝ suũ lyncistaꝝ occisum se magnis rebus in græcia gestis: nõ tã gratũ apud regẽ ꝙ̃ inuidio Atitipater
sum esse: a matre quoq; eius Olympiade uariis se criminationibus uexatũ. Huc accedebãt ante pau-
cos dies supplicia ĩ ꝑfectos deuictaꝝ nationũ crudeliter habita: ex qbus rebus se quoq; a macedonia
nõ ad societatẽ militiæ: sed ad pœnã euocatũ arbitrabat. Igit ad occupandũ regẽ Cassandrũ filiũ dato
ueneno subornat: q cũ fratribus Philippo & Iolla ministrare regi solebat: cuius ueneni tanta uis fuit:
ut nõ ære: nõ ferro: nõ testa contineret: nec aliter ferri nisi in ungula eq potuerit: præmonito filio ne
aliis ꝙ̃ Thessalo & fratribus crederet. Hac igit ex cã apud Thessalũ paratũ repetitũq; cõuiuiũ ẽ: Philip
pus & Iollas ꝑgustare potũ regis soliti in aqua frigida uenenũ habuerũt: quã ꝑgustatã iã potioni sup-
miserũt. Quarto die Alexander indubitatã mortẽ sentiẽtis agnoscere se fatũ domus maioꝝ suoꝝ ait
Nã plærosq; æacidaꝝ intet trigesimũ annũ defunctos: tumultuantes deinde militis insidiis perire re
gẽ suspicantes ipse sedauit: eosq; oẽs cũ ꝓlatus in æditissimũ urbis locũ esset ad conspectũ suũ admi-
sit. osculandãq; dexterã suã flẽtibus porrexit: Cũ lachrymarent oẽs: ipse nõ sine lachrymis tantũ uerũ
etiam sine ullo tristioris mentis argumento fuit: ut quosdã ĩpatiẽtius dolentes cõsolatus sit. Quibus Atĩ. Alexãdri constãtiã ĩ morte
dã mãdata ad patẽtes eoꝝ dedit: adeo sicut in hostẽ ita & in mortẽ inuictus aĩus fuit. Dimissis militi-
bus amicos circunstãtes percõtat: uideant ne similẽ sibi reperturi regẽ: tacentibus cunctis tũc ipse ut
hoc nesciat: ita illud scire uaticinariq; se ac pene oculis uidere dixit: ꝙ̃tũ sit in hoc certamĩe sanguinis
fusura macedõia: quãtisq; cædibus quo cruore mortuo sibi parentatura: Ad postremũ corpus suum
Ammonis tẽplo condi iubet. Cũ deficere eũ amici uiderent: quærunt quẽ ĩperii faciãt hæredẽ: respõ-
dit dignissimũ. Tãta illi magnitudo animi fuit: ut cũ Herculẽ filiũ: cũ fratre Arideũ: & cũ Roxanem
uxorẽ prægnantẽ relinqueret: oblitus necessitudinũ dignissimũ nuncuparet hæredẽ. Prorsus quasi
nefas esset uiro forti aliũ quam uirũ fortẽ succedere: aut tanti regni opes aliis ꝙ̃ ꝓbatis relinqui. Hac
uoce ueluti bellicũ inter amicos cecinisset: aut malum discordiæ misisset. ita oẽs in æmulatiõe con
surgũt: & ambitione uulgi tacitũ fauorẽ militũ quærunt. Sexto die præclusa uoce exemplũ digypto
annulũ ꝑdicæ tradidit: quæ res gliscentẽ amicoꝝ dissensionẽ: sedauit. Nã & si nõ uoce nũcupatus hæ
res: iudicio tamen electus esse uidebat. Decessit Alexander mense uno. annos tres &.xxx. natus: uir su
pra humanã potentiã magnitudine animi ꝑditus: qua nocte eũ mater Olympias cõcepit: uisa per qui-
tem est cum ingenti serpente uolutari: nec dei deceptã somnio est. Nã profecto maius humana mor
talitate opus uero tulit: quam cũ æacidaꝝ gens ab ultima seculoꝝ memoria: & regnum patris fratris Alexandri coticeptus
mariti ac deinceps maiorum oĩum illustrauerit: nullius tamẽ nomine ꝙ̃ filii clarior fuit. Prodigia ma
gnitudinis eius in ipso ortu nonnulla apparuerunt: Nã ea die qua natus est: duæ aquilæ tota die præ
petes supra culmen domus patris eius sederunt: omen duplicis imperii europæ asiæq; ꝑferentes: ea-
demq; die nunciũ pater eius duaꝝ uictoriaꝝ accepit: alterius belli illyrici: alterius certaminis Olym-
piaci: in quod quadrigaꝝ currus miserat: quod omen uniuersaꝝ terraꝝ uictorias infanti portende-
bat. Puer acerrimus litteraꝝ studiis eruditus fuit. Exacta pueritia per quinquẽniũ sub Aristotele do- Prodigia ꝙ̃ in alex. ortu euenere
ctore inclyto omniũ philosophoꝝ creuit. Accepto deinde imperio regem se terraꝝ omniũ ac mun-
di appellari iussit: tãtamq; fiduciam suis militibus fecit: ut illo præsente nullius hostis arma nec iner-
mes timuerint. Itaq; cum nullo hostium unquã cõgressus est: quem non uicerit Nullam urbem obse
dit: quam non expugnauerit. Nullã gentẽ adiit: quã nõ calcauerit Victus deniq; existat est ad postre
mum non uirtute hostili: sed insidiis suorum & fraude ciuili.

e

Xtincto in ipso ætatis ac uictoriarum flore Alexandro magno triste apud omnes totaq; babyloniam silentium fuit. Sed nec deuictæ gentes fidē nuncio habuere: q̄ ut inuictum regem sic immortalem eum crediderant. Recordantes quotiens præsenti morti ereptus esset: quam sæpe ferro amisso repente se non sospitem tantum suis uerumetiam uictorem obtulisset. ut uero mortis eius fides affuit: omnes barbaræ gētes paulo ante ab eo deuictæ nō ut hostem eum: sed ut parentem luxerunt.

Omnes uictæ gentes eum ut parentes luxerunt

Mater quoq; Darii regis: qua amisso filio a fastigio tantæ maiestatis in captiuitatem redactam indulgentia uictoris in eam diem uitæ nō pœnituerat: audita morte Alexandri mortē sibi ipsa cōsciuit: nō q̄ hostē filio præferret: sed q̄ pietatem filii in eo: quem hostem timuerat: experta esset. Contra Macedones uersa uice non ut ciuem ac tantæ maiestatis regem uex ut hostem amisissent: gaudebant: seueritatē nimiā & assidua belli pericula execrantes. Huc accedebat q̄ principes regnum & imperia uulgus militū thesauros & grande pondus auri uelut inopinaram prædam spectabant illi successionem regni: hi opum ac diuitiarum hæreditatem cogitantes: Erant enim in thesauris. c. milia talentorū: & in annuo uectigali tributo. ccc. milia.

Arc. uectigal

Sed nec amici Alexandri frustra regnum spectabant. Nam eius uirtutis erant ac uenerationis: ut singulos reges putares. Quippe ea formæ pulchritudo & ꝓceritas corporis & uiriū ac sapientiæ magnitudo in omnibus fuit: ut qui eos ignoraret: non ex una gente sed ex toto terrax orbe electos iudicaret: neq; enim unquā antea macedonia uel ulla gens alia tam clarorum uirorum prouētu floruit: quos primum Philippus mox Alexander tanta cura legerant: ut nō tam ad societatem belli quā in successionem regni electi uiderentur. Quis igitur miretur talibus ministris orbem terrarum uictum cū exercitus macedonum a tot nō ducibus sed regibus regeretur: qui nunquā sibi reperiri ꝑtes si non inter se concurrissent. Multosq; macedonia pro uno Alexandro habuisset: nisi fortuna eos ex æmulatione uirtutis in perniciem mutuam armasset. Cætex occiso Alexandro non ut læti ita & securi fuere omnibus in unū locū competentibus: nec minus milites inter se timebant: quox & libertas solutior & fauor incertus erat. Inter ipsos uero æqualitas discordiam augebat: nemine tantum cæteros excedente: ut ei aliquis summitteret. Armati itaq; in regia coeunt ad formandum rerū præsentium statum.

Primæ macedonum discordiæ

Perdicas censet Roxanis expectari partum: quæ exacto mense octauo matura iam ex Alexandro erat: & si puerum peperisset: hunc dari successorem patri. Meleager negat differenda ī partus dubios consilia: nec esse expectandū dum reges sibi nascerentur: cū iam genitis uti liceret: seu si puer illis placeat esse pergami filium Alexandri natum ex Garbine nomine Herculem: seu mallent iuuenem esse in castris fratrem Alexandri Arideum comitem: & cunctis non suo tantum uerum patris Philippi nomine acceptissimum. Cæterum Roxanem esse originis persicæ: nec esse fas: ut macedonibus ex sanguine eorum: quorum regna deleuerint: reges constituantur. quod nec ipsum Alexandrum uoluisse. dicit. Deniq; morietem nullam de eo mentionem fecisse. Ptolemæus recusat regem Arideū non propter maternas modo sordes: q̄ ex larissæo scorto nasceret: sed etiam propter inualitudinem maiorem quam patiebatur: ne ille nomen regis alius imperiū teneret: & melius esse ex his legi: qui ꝑ uirtute regi suo proximi fuerint: qui prouincias regnant: quibus bella mandentur: q̄ sub persona regis indignorum subiiciantur imperio. Vicit Perdicæ sententia ex consensu uniuersorum. Placuit itaq; Roxanis expectari partum: & si puer natus fuisset tutores Leonatum & Perdicam Crateron & Antipatrum constituunt: confestimq; in tutorum obsequia iurant. Cum equites quoq; idem fecissent: pedites indignati nullas sibi consiliorum partes relictas: Arideum Alexandri fratrem regem appellāt satellitesq; illi ex tribu sua legunt: & nomine Philippi patris uocari iubent. quæ cum nunciata equitibus essent: legatos ad mitigandum eorum animos duos ex proceribus Attallum & Meleagrum mittunt: qui potentiam ex uulgi adulatione quærentes omissa legatione militibus consentiunt: statim & seditio creuit: ubi caput & consilium habere cœpit.

Arideus alexandri frater.

Seditio militaris

Tūc ad delendum equitatum cūcti armati ī regiā irrumpūt: quo cognito. equites trepidi ab urbe discedunt: castrisq; positis & ipsi pedites terrere cœperunt. Sed nec procerum inter se odia cessabant. Attalus ad interficiendum perdicam ducem alterius partis mittit: ad quem armatum & ultro prouocantem cū accedere percussores ausi non fuissent: tanta cōstantia ꝑdicæ fuit: ut ultro ad pedites ueoiret: & in concionē euocatos edoceret. Quod facinus molitentur: respicerent contra quos arma sumpsissent: non illos persas: sed macedones: non hostes sed ciues esse. Plærosq; etiam cognatos eox certe & commilitones eorundem castrox & periculox socios: edituros: deinde egregiū hostibus suis spectaculū: ut quox armis uictos se doleāt: eox mutuis cædibus gaudeant: parentaturosq; sanguine suo manibus hostiū a se īterfectox. Hæc cū pro singulari facundia sua Perdica perorasset: adeo mouit pedites: ut ꝓbato cōsilio eius dux ab omnibus legeret. Tū etiā equites in concordiā reuocati in Arideū regē consentiūt. Seruata est portio regis alexandri filio si natus esset Hoc agebāt posito in medio corpore alexandri: ut maiestas eius testis decrerox esset. His itaq; cōpositis macedoniæ & græciæ antipater præponitur. Regiæ pecuniæ custodia Cratero tradit. Castrorū exercitus & rerum cura Meleagro & Perdicæ assignatur: iubeturq; arideus

Quæ quibus prouinciæ sit & maced. delegatæ

corpus alexandri in ammonis tēplum deducere. Tunc Perdica infensus seditionis auctoribus repente ignato collega lustrationē castrorum ꝓpter mortē regis in posterum edicit. Posteaq̄ armatū exercitum in cāpo cōstituit cōsentiētibus uniuersis euocatos dumtaxat de singulis manipulis seditiosos supplicio tradi occulte iubet. Reuersus deinde inter principes prouincias diuisit: simul ut remoueret æmulos: & munus imperii beneficii sui faceret. Primo Ptolemæo ægyptus & africæ arabiæq; pars sorte uenit: quē ex gregario milite alexander uirtutis causa ꝓuexerat: cui ad tradendā prouinciā Deomenes: qui alexandriā edificauerat: datur. Confinē huic ꝓuinciæ syriam Laomedon mitylenæus: ciliciā Philotas cū filio & illyrios acceperūt. Mediæ maiori acropatos: minori alceta Perdicæ preponit. Susania gens Syno: Phrygia maior antigono Philippi filio assignatur. Lyciā & Pamphiliā Learcus. cariam Cassander: Lydiā menander sortiunt. Leōato minor phrygia euenit. Thracia & regiones pontici maris Lysimacho Cappadocia cū paphlagonia Eumeni datur: summus castrorum tribunatus Seleuco antiochi filio cessit. Stipatoribus regis satellitibusq; Cassāder filius Antipatri pficitur. In Bactriana ulteriore & indiæ regionibus priores: præfecti detenti. Seres inter amnes duos hydaspem & indū Taxiles habebat. In colonias in indis conditas Phyton Agenoris filius mittitur. Parapomenos fines caucasi mōtis Axiarches accepit: Draicas & Argæos Statanor: Bactrianos Amyntas sortit. Sagiliāos Scythæus: Nicāor parthos Philippus hyrcanos: Fratrafarnes armenios. Neoptolemus persas: Peutestes babylonios: Arthous pelasgos: Archesilaus mesapotamiā adepti sunt. Hæc diuisio cū ueluti fatale munus singulis cōtigisset: ita magna incremētorum materia plurimis fuit. Siquidē nō magno post tēpore quasi regna nō præfecturas diuisissent: sic reges ex præfectis facti magnas opes nō sibi tātū parauerūt: uerum & posteris reliquerūt.

Prouīciarum ordinatio

Seres inter hidaspē & Indum

Cū hæc in oriente aguntur: in græcia athenienses & ætoli bellū: quod iam uiuo Alexandro mouerant: sūmis uiribus instruebant. Causæ belli erant: quod reuersus ab india Alexander epistolas i græciam scripserat: qbus oīum ciuitatū exules præter cædis dānatos restituebātur quæ recitatæ præsente uniuersa græcia in mercato olympiaco magnos motus fecerant: q; plurimi nō legibus pulsi patria sed per factionē principū fuerāt: uerentibus iisdē principibus ne reuocati potentiores in repu. fierēt. Palā igit iā tūc multæ ciuitates libertatē bello uendicādā fremebāt. Principes tamen omniū atheniēses & ætoli fuere: qđ cū nūciatū esset Alexandro mille naues longas sociis iperari præceperat: qbus in occidēte bellū gereret: excursurusq; cū ualida manu fuerat ad athenas delēdas Igitur athenienses cōtracto. xxx. miliū militū exercitu. & . cc. nauibus bellū cū ātipatro: cui græcia sorte euenerat: gerūt eūq; dettactantē præliū & heraclæ urbis mœnibus tuentē se obsidione cinxerunt.

Græciæ status

atꝫ. apparatū belli ab alexandro destinatū

Eodē tēpore Demosthenes atheniēsis orator pulsus patria ob crimen accepti ab Harpago auri. q crudelitatē alexādri fugerat: quod ciuitatē in eiusdē alexandri bellū īpelleret. Forte megaris exulabat. q cum missum ab atheniēsibus hyperidē legatū cognouit: qui pelopōnēses in societatē armorum sollicitarent: secutus cū Sicyōa: argos: & Corynthū cæterasq; ciuitates eloquētia sua atheniensibus iūxit. Ob quod factum missa ab atheniensibus obuiam naui ab exilio reuocatur. Interim ī obsidione antipatri Leosthenes dux atheniensiū telo e muris in transeuntē iacto occiditur. quæ res tātū animorum antipatro dedit, ut etiā uallū rescindere auderet: Auxiliū deinde a Leonato petit per legatos: qui cū uenire nunciaret cū exercitu: obuii ei atheniēses cū instructis copiis fuere: ibiq; equestri prælio graui uulnere ictus extinguitur. antipater & si auxilia sua uideret deuicta: morte tamē Leonati letatus ē. Quippe & æmulū sublatū: & uires eius accessisse sibi gratulabat. Statim igitur exercitu eius recepto cum par hostibus etiā prælio uideret: solutus obsidione in Macedoniā concessit: græcorum quoq; copiæ a finibus græciæ hoste pulso in urbes dilapsæ sunt.

Megaris demosthenes exulauit

Interea Perdica bello innoxio Ariarathi regi cappadocum illato prælioque uictor nihil præmii præter uulnera & pericula rettuli. Quippe hostes ab acie in urbem recepti occisis coniugibus: & liberis domos quisque suas cum omnibus copiis incenderunt. Eodem congestis etiam opibus semetipsi præcipitant, ut nihil hostis uictor suarum rerū præter incendii spectaculo frueretur.

atꝫ. barbarorum desperationē

Inde ut uiribus auctoritatē regiam acquireret: ad nuptias Cleopatræ sororis Alexādri magni & alterius alexādri quōdā uxoris nō aspernāte Olympiade mře eius intēdit: sed prius antipatrum sub affinitatis obtētu capere cupiebat. Itaq; fingit se ī matrimoniū filiā eius petere: quo facilius ab eo supplemētū tyronū ex macedonia obtineret. quē dolū præsentiente antipatro cū duas eodē tēpore uxores quærit: neutrā obtinuit. Post hæc bellū inter antigonū & perdicam orit. Antigono Crateros & antipr auxiliū ferebāt: q fcā cū atheniēsibus pace polipcōta græciæ & macedōiæ ꝓponūt. ꝑdica alienatis rebus Arideū & Alexādri magni filiū i cappadociā. quorum cura illi mādata fuerat: de summa belli in consilium adhibet: quibusdam placebat bellū in macedoniam trāsferri ad ipsum fontem & caput regni: ubi & Olympias esset mater alexādri: nō mediocre momētū partiū & ciuium fauor propter alexandri Philippiq; nomina: sed in rem uisum est ab ægypto incipere: ne in macedoniam profectis asia a Ptolemæo occuparet. Eumeni præter ꝓuincias quas acceperat. paphlagonia & Caria & Lycia & phrygia adiciuntur. Ibi Craterum & antipatrū operiri iubentur. adiutores ei dantur cum exercitibus suis frater perdicæ alcetas & Neoptolemæus: Clyto cura classis traditur. Cylicia philotæ adempta Filoxeno datur. ipse perdica ægyptum cum ingenti exercitu petit: sic macedonia in duas partes discurrentibus ducibus in sua uiscera armat. ferrūq; ab hostili bello in ciuilem

Varii bellorum motus inter alex. successores

sanguinem uertit:exemplo furentiũ manus ac membra sua ipsa cæsura. Sed Ptolemæus in ægypto so
lertı industria magnas opes parabat. Quippe & ægyptios insigni moderatione in fauorem sui sollici-

Ptolemæi opes

tauerat:& reges finitimos beneficiis obsequiisq; deuinxerat:terminos quoq; imperii acqsita cyrene
urbe ampliauerat:factusq; iam tantus erat:ut nõ tã timeret hostes:q̃ timendus ipse hostibus esset. Cy
rene autẽ condita fuit ab Aristæo:cui nomẽ Bactos propter linguæ obligationẽ fuit. Huius pater Cy

Cyrenes cõditio

mus rex theramenis insulæ cũ ad oraculũ delphos ꝓpter dedecus adolescentis filii nõdũ loquentis
deum deprecaturus uenisset:responsum accepit:quo iubebat̃ filius eius Bactus africam petere:& ur-
bem Cyrenẽ condere:usum linguæ ibi accepturus. Cũ responsum ludibrio simile uideret̃ propter si-
militudinẽ theramenis insulæ:qua coloni ad urbẽ condendã in africã tam longinquæ regionis pro-
ficisci iubebantur:res omissa est. Interiecto deinde tempore uelut cõtumaces ex pestilentia deo pare-
re compellũtur:quoꝝ tã insignis paucitas fuit:ut uix unam nauem cõplerent. Cũ uenissent in africã
pulsis accolis montẽ Cyram & propter amœnitatẽ loci & ꝓpter fontis ubertatẽ occupauere. Ibi Ba-
ctus dux eoꝝ linguæ:nodis solutis loqui primũ cœpit:quæ res aĩos eoꝝ ex promissis dei iã pte præ-
cepta in reliquã spẽ condendæ urbis accendit. Positis igitur castris opinionẽ ueteris fabulæ accipiunt

Cyrenes fabula

Cyrenẽ eximiæ pulchritudinis uirginẽ:a Thessaliæ monte pelio ab Apolline raptã perlatãq; in eius-
dem montis iuga:cuius collẽ occupauerant:a deo repletã .iiii. pueros peperisse Nomiũ Aristeũ Euto
cum Agæũ:missos a patre Hispero rege Thessaliæ q perqreret uirginẽ:loci amœnitate:captos ĩ isdẽ
terris cũ uirgine resedisse:ex his pueris tres adultos in Thessalia reuersos auita regna cepisse. Aristeũ
in Arcadia late regnasse.eũq; primũ & apium & mellis usum & lactis & coaguli hoibus tradidisse sol
sticialisq; ortus & syderũ primũ inoenisse qbus auditis Bactus uirgĩs noĩe ex respõsis agnim urbẽ Cy
renẽ cõdidit. Igitur Ptolemæus huius urbis auctus uiribus bellũ in aduentu Perdicæ parabat:sed per
dicæ plus odio arrogantiæ q̃ uires hostiũ nocebãt:quã exosi etiã socii ad Antipatrũ gregatim cõfugie
bant. Neoptolemæus in auxiliũ Eumenii relictus nõ solũ transfugere:uerũ etiã prodere partium exer
citum uoluit:quã cũ rẽ præsensisset Eumenes cũ ꝓditore decernere prælio necesse habuit. Victusq;
Neoptolemæus ad Antipatrũ & Polypercõta ꝓfugit:hisq; persuadet:ut continuatis mansionibus læ
to ex uictoria & securo fuga sua Eumenii superueniat:sed res Eumenẽ nõ latuit. Itaq; insidiæ in insi-
diatores uersæ:& qui securũ aggressuros se putabant:securis itinere & peruigilia noctis fatigatis oc-

Eumẽis successus

cursum ẽ. In eo prælio Polypercon occiditur. Neoptolemæus quoq; cũ Eumene congressus diu mu
tuis uulneribus acceptis colluctatus est:& in sũma uictus occũbit. Victor igitur duobus p̃liis conti-
nuis Eumenes afflictas partes transactione sociorũ paulullum sustentauit. Ad postremum tamen Per
dica occiso(ab exercitu hostis cum Phytone & Illyrio & Alceta fratre Perdicæ rex appellatur:bellũq;
aduersus eos Antigono decernitur.

IVSTINI HISTORICI LIBER XIIII.

e

Vmenes ut Perdicã occisũ:se ut hostẽ a macedõibus iudicatũ. bellũq; antigono decre-
tũ cognouit:ultro ea militibus suis indicauit:ne fama aut rẽ in maius extolleret:aut mi
litũ aĩos reꝝ nouitate terreret:simul ut an cõtra se animati essent cognosceret:sum-
pturus cõsiliũ ex motu uniuersoꝝ:cõstanter tamẽ præfatus ẽ:si cui hæc terrori eẽtit
habere cũ dicẽdi ptãtẽ:q̃ uoce adeo cũctos ĩ studiũ ptiũ suaꝝ induxit:ut ultro illũ om
nes hortarent̃:rescissurosq; se ferro decreta macedonũ affirmarẽt. tũc exercitu ĩ æto-
liam ꝓmoto:pecunias ciuitatibus iperat recusantes dare hostiliter diripit. Inde sardis ꝓfectus est ad
Cleopatrã sororẽ Alexandri magni:ut eius uoce cẽturiões principalesq; cõfirmarent̃ existimaturus:
ibi maiestatẽ regiã uerti:unde soror Alexãdri staret. tãta ueneratio magnitudinis alexãdri erat:ut etiã
per uestigia mulieꝝ fauor sacrati eius noĩs q̃reret̃. Cũ reuersus ĩ castra eẽt:epistolæ totis castris abie-

Eumẽis cõsilium ĩ discutiẽdo piculo quod sic ab Antigono,instabat

ctæ inueniunt̃:qbus iis q Eumenis caput ad antigonũ detulissent:magna p̃mia diffiniebant̃. Is cogni
tis Eumenes uocatis ad cõcionẽ militibus prĩo gr̃as agit:q nemo inuetus sit:q spẽ cruẽti p̃mii fidei sa
cramẽto anteponeret tũ deĩde callidæ subnectit cõfictas a se has epistolas ad expẽdos suoꝝ aĩos esse
cæteꝝ salutẽ suã ĩ osum ptãte eẽ. nec antigonũ nec quẽq̃ ducũ sic uelle uĩcere:ut ille ĩ se exẽplũ pessi
mũ statuat. Hoc facto & ĩ p̃senti labãtiũ aĩos deterruit:& ĩ futuꝝ ꝓuidet:ut siqd simile accedisset:nõ
se ab hoste corrũpi:sed a duce tẽtari milites arbitrarent̃. Oẽs igit̃ operã suã certatĩ ad custodiã salutis
eius offerũt. Interĩ antigonus cũ exercitu sopuenit:castrisq; positis postera die ĩ aciẽ ꝓcedit. Nec Eu-

Vincit̃ Eumenes ab Antigono

menes morã p̃lio fecit.q uictus ĩ munitũ quoddã castellũ cõfugit:ubi cũ uideret se fortunã obsidiõis
subituꝝ:maiorẽ exercitus ptẽ dimisit:ne aut cõsensu multitudĩs hosti traderet̃:aut obsidio ipa mul
titudĩe grauaret̃:legatos deĩde ad antipatꝝ q solus par antigoni uiribus uidebatur:supplices mitti. a
quo cum auxilia Eumeni missa antigonus didicisset:ab obsidione recessit. Erat quidem solu-
tus ad tempus metu mortis Eumenes. Sed nec salutis dimisso exercitu magna spes erat oĩa igitur
circunspicienti optimum uisum est:ad alexandri magni argyraspidas inuictum exercitum & tot ui-
ctoriarum præfulgentem gloria decurrere sed argyraspides post alexandrum omnes doces fastidie-
bant:sordidam militiã sub aliis post tanti regis memoriam existimantes. Itaq; Eumenes blandimen

tis agere.singulos supplicitus alloqui:nunc cõmilitones suos:nunc patronos:appellans periculoꝝ &
operum orientaliũ socios:nũc refugia salutis suæ & unica præsidia cõmemorans:solos esse quoꝝ uir
tute oriens sit domitus:solos qui militiam Liberi patris qui Herculis monuméta superauerint: per
hos Alexandrũ magnũ factũ:p hos diuinos honores & ĩmortalé gloriã cõsecutũ.orat ut nõ tam du
cem se q̃ cõmilitoné recipiant:unũq ex corpore suo esse uelint.Receptus hac lege paulatim imperiũ
primũ monendo singulos:mox quæ perperã facta erant:blande corrigendo usurpat: nihil in castris
sine illo agi:nihil administrari sine solertia eius poterat.Ad postremũ cũ Antigonũ uenire cũ exerci
tu esset nunciatũ:compellit eos in aciem descendere.Ibi dũ ducis imperia contemnũt:hostiũ uirtute
superantur.in eo prælio non gloriã tantũ tot belloꝝ:uerũ etiã cũ coniugibus & liberis præmia lon
gæ militiæ parta perdiderũt.Sed & Eumenes qui auctor cladis erat:nec aliam spẽ salutis reliquam ha
bebat:uictos hortabatur:nam & uirtute eos superiores fuisse affirmabat:quippe ab his quinq milia ho
stium cæsa & si in bello persistent: ultro hostes pacé petituros:damna quibus se putent uictos:duo mi
lia mulierũ & paucos infantes & seruitia eẽ:quæ melius uincẽdo possint reparare q̃ deserendo uicto
riam porro Argyraspides neq fugam se tentaturos dicũt post damna matrimonioꝝ & post cõiuges
amissas:neq bellũ gesturos cõtra liberos suos.Vltroq cũ conuiciis agitãt: q se post tot annos emeri
torum stipendioꝝ redeuntes domũ cum præmiis tot belloꝝ ab ipsa amissione rursus ĩ nouã militiã
immensaq bella reuocauerit:& a laribus quodãmõ suis & ab ipso limite patriæ abductos inanibus
promissis deceperit:nũc quoq amissis oĩbus felicis militiæ quæstionibus:ne uictos quidẽ in misera
& inopi senecta quiescere sinat.Ignaris deĩde ducibus confestim ad Antigonũ legatos mittunt: petẽ
tes ut sua reddi iubeat.Iis redditurum se pollicetur.si Eumenem sibi tradant:quibus cognitis Eume
nes cũ paucis fugere tentauit:sed retractus desperatis rebus cum concursus multitudinis factus esset
Petit ut postremũ sibi alloqui exercitum liceret.Iussus ab uniuersis dicere facto silentio laxatisq uin
culis prolatam sicut erat chatenatus:manũ ostendit cernite milites inquit habitũ atq ornaméta du
cis uestri:quæ non hostium quisq̃ imposuit:nam hoc etiam solatio foret:uos me ex uictore uictum:
uos me ex imperatore captiuũ fecistis:quater intra hunc annum in mea uerba iureiurando obstricti
estis:& ista mitto(neq enim miseros conuicia decẽt)unũ oro si propositoꝝ Antigoni in meo capite
summa constituit:inter uos me uelitis mori:nam neq illius interest:quẽadmodum aut ubi cadam:&
ego fuero ignominia mortis liberatus hoc si impetro:soluo uos iureiurãdo quotiens uos sacraméto
mihi deuouistis:aut si ipsos pudet roganti uim adhibere:ferrũ huic date:& permittite:quod uos fa
cturos pro imperatore iurastis.Imperatorem pro uobis sine religione iusiurandi facere.cũ non obti
neret precẽ in irã uertit.ad uos ait deuota capita respiciant dii piurioꝝ uindices:talesq uobis exitus
dent:quales uos ducibus uestris dedistis:nempe uos idẽ pauloante & Perdicæ sanguine estis aspersi:&
in Antipatrũ eadem moliti:Ipsum deniq Alexandrũ si fas fuisset:eũ mortali manu cadere interem
pturi:quod maximũ erat seditionibus agitastis.ultima nũc ego perfidorum uictima:has uobis dira
atq inferias dico:ut inopes extorresq omne æuum in hoc castrensi exilio agatis:deuorentq uos ars
ma uestra:quibus plures uestros q̃ hostiũ duces absumpsistis.Plenus deinde iræ custodes suos præce
dere ad Antigoni castra cœpit.sequitur exercitus prodito imperatore suo:& ipse captiuus:triũphũq
de se ipso ad uictoris sui castra ducit.omnia auspicia regis Alexandri & tot belloꝝ palmas laureasq
una secũ uictori tradentes:& ne quid deesset põpæ:elephanti quoq & auxilia orientalia subsequunt
tanto pulchriora hæc Antigono q̃ Alexandro tot uictoriæ fuerunt:ut cũ ille orientem uicerit: hic
eos a quibus oriens uictus fuerit:superauerit:Igitur Antigonus domitores illos orbis exercitui suo di
uidit:redditis quæ in uictoria ceperat.Eumené uero uerecundia prioris amicitiæ in cõspectũ suum
uenire prohibitũ assignari custodibus precepit.Interea Euridice uxor Aridei regis:ut Polypercontã
a græcia redire in Macedoniã cognouit:& ab eo accersitã Olympiada muliebri æmulatione perculsa
abutens ualitudine uiri:cuius officia sibi uendicabat:scribit regis nomine Polyperconti: Cassandro
exercitum tradat:in quẽ regni administrationem rex transtulerit:eadẽ & in Asiam Antigono p epi
stolas nũciat.quo beneficio deuinctus Cassander:nihil nõ ex arbitrio muliebris audaciæ gessit.Dein
de profectus in Græciã multis ciuitatibus bellũ infert:quaꝝ excidio ueluti uicino ĩcẽdio territi spar
tani urbẽ:quẽ semp armis nõ muris defenderant:tũ contra responsa fatoꝝ:& ueteꝝ maioꝝ gloriam
armis diffisi: muroꝝ p̃sidio ĩcludũt tantũ eos degenerauisse a maioribus:ut cũ multis sæculis murus
urbis ciuiũ uirtus fuerit:tũc ciues saluos se fore nõ existimauerit:nisi ĩtra muros laterẽt.Dũ hæc agũ
tur.Cassandꝝ a Græcia turbatus macedõiæ status domum reuocauit.Nãq Olympias mr̃ Alexandri
magni regis cũ Epiro ĩ macedõiã p̃sequẽte æacida rege molossoꝝ ueniret p̃hiberetq finibus ab Eury
dice & Arideo rege cœpisset:seu memoriã mariti seu magnitudĩe filii:& ĩdignitate rei moti macedo
nes ad Olympida trãsiere:cuius iussu & Eurydice & rex occiditur sex ãnis post Alexãdꝝ potitus regno:
Sed nec Olympias diu regnauit.:Nã cũ prĩcipũ passim cædes muliebri magis quã regio more fecisset
fauorem suum in odiũ uertit.Itaq audito Cassandri aduentu diffisa Macedonibus cum nuro Roxa
ne & nepote Hercule Pictuam urbem concessit:Proficiscenti Deidamia æacidæ regis filia & Thessa
lonicæ priuigna & ipsa clara philippi patris nomine: multæq aliæ principum matronæ speciosius

Ars Eumenis

Argyraspides uincuntur

Ars. Eumenis constantiam in sũmo piculo

duæ execrationes

Olympiadis apud maced. gratia

magis q̃ utilis grex fuere comites. Hæc cũ nũciata Cassandro essent: statim citato cursu Pictuã uenit: & urbẽ obsidione cinxit. cũ fame ferroq; urgeret Olympias longæ obsidionis tædio pacta salute uictori se tradit. Sed cũ Cassander ad cõcionẽ uocato populo suscitaturus qd de Olympiade fieri uellet: subornat parentes interfectoꝝ: qui sumpta lugubri ueste crudelitatẽ mulieris accusarent: a quibus accensi Macedones sine respectu pristinæ maiestatis occidẽdã decernũt: imemores ꝓrsus: quod per filium eius uirũq; nõ solũ uitã ipsi inter finitimos tutam habuisse: uerũ etiã tantas opes imperiũq; orbis quæsissent. Sed Olympias ubi obstinatos uenire ad se armatos uidit. ueste regali duabus ancillis innixa ultro obuiã ꝓcedit: qua uisa pcussores attoniti fortuna maiestatis prioris & tot in eam memoriæ occurrentibus regũ suoꝝ noĩbus substiterũt: donec a Cassandro missi sunt: qui eã cõfoderũt: non refugientẽ gladiũ: nec uulnera aut muliebriter uociferantẽ: sed uiroꝝ more fortium ꝓ gloria ueteris prosapiæ morti succumbentẽ: ut Alexandrũ posses etiã moriente matre conspicere. Insuper expirans capillis & ueste crura contexisse fertur: ne quid posset in corpore eius indecorum uideri. Post hæc Cassander Thessalonicem regis Aridei filiam uxorem duxit. Filium Alexandri cum matre in arcem amphipolitanam custodiendos mittit.

Olympiadis cædes

IVSTINI HISTORICI LIBER XV.

Noua ducum discordia

p

Erdica & fratre eius Alceta Eumene ac Polyperconte cæterisq; ducibus diuersæ partis occisis finitũ certamẽ inter successores Alexandri magni uidebatur: cũ repente inter ipsos uictores nata discordia: quippe postulantibus Ptolemæo & Cassandro & Lysimaco ut pecunia in præda capta ꝓuinciæq; diuiderent: Antigonus negauit se ĩ eius belli socios admissurum in cuius periculum solus descenderat: & ut honestum aduersus socios bellũ suscipere uideret: diuulgat se Olympiadis mortem a Cassandro interfectæ ulcisci uelle: & alexandri regis sui filiũ cũ matre obsidiõe amphipolitana liberare. His cognitis Ptolemæus & Cassander inita cũ Lysimacho & Seleuco societate bellũ terra mariq; enixe instruebant. Tenebat Ptolemæus ægyptũ cũ africæ parte maiore & Cypro & Phœnice Cassandro parebat macedonia cũ Græcia asiam & partẽ orientis occupauerat antigõus: cuius filius Demetrius prima belli congressione a Ptolemæo apud calamã uincit. In quo prælio maior Ptolemæi moderationis gloria: quã ipsius uictoria fuit. Siquidẽ & amicos Demetrii non solũ cũ suis rebus dimisit: uerũ etiã additis insuper muneribus honorauit: & ipsius Demetrii priuatũ omne instrumentũ ac familiã reddidit: adiecto honore uerboꝝ nõ se propter prædã: sed ꝓpter dignitatem inisse bellũ ĩdignatũ q; antiochnus deuictis diuersæ factiõis ducibus solus uictoriæ cõmunis præmia corripuisset. Dũ hæc aguntur Cassander ab apollonia rediens incidit in abderitas: qui propter ranaꝝ muriũq; multitudinẽ relicto patriæ solo sedes quærebant: ueritus ne macedoniã occuparent facta pactiõe in societate eos recepit: agrosq; iis ultimis Macedoniæ finibus assignat. Deinde ne Hercules alexandri filius: qui pene annos. xiiii. excesserat fauore paterni nois in regnũ macedoniæ uocaret: occidi eũ tacite cũ matre Barsene iubet: corporaq; eoꝝ terra obruit: ne cædes sepultura ꝓderet: & q̃si parꝝ facinoris in ipo primum rege mox in matre eius Olympiade ac filio admisisset. alteꝝ quoq; filiũ cũ matre Roxane pari fraude interficit: sed quasi regnũ Macedoniæ: quod affectabat aliter consequi q̃ scelere nõ possit. Interea Ptolemæus cũ Demetrio nauali prælio iterato cõgreditur: & amissa classe hostiq; cõcessa uictoria in ægyptũ refugit. Demetrius filiũ Ptolemæi Leuticũ & fratrẽ Menelaũ amicosq; eius cũ priuati instrumẽti ministerio ꝓuocatus par antea munere ægyptũ remittit & ut apperet eos nõ odii sed dignitatis gloria accẽsos donis muneribusq; ĩter ipa bella cõtẽdebãt. Tãto honestius tũc bella gerebantur: q̃to nũc aĩcitiæ colunt. Hac uictoria elatus antigonus regẽ secũ demetrio filio appellari a populo iubet. Ptolemæus quoq; ne minoris apud suos auctoritatis haberet: rex ab exercitu cognominatur: qbus auditis Cassander & Lysimachus & ipi regiã sibi maiestatẽ uẽdicauerũt. Huius honoris ornamẽtis tã diu oẽs abstinuerũt: q̃diu filii regis sui supesse potuerũt. Tãta ĩ illis uerecũdia fuit: ut cum opes regias haberẽt: regũ tamẽ noĩbus æquo aĩo caruerint: quoad alexãdro iustus hæres fuit. Sed ptolemæus & Cassander cæteriq; factionis alterius duces cũ carpi se singulos ab antigono uiderẽt: dum priuatũ singuloꝝ nõ cõe uniuersoꝝ bellũ ducũt: nec auxiliũ ferre alter alteri uolũt: q̃si uictoria unius nõ oĩum foret: ꝑ epistolas se ĩuicẽ cõfirmãtes: tẽpus locũ coeũdi cõdicũt: belluq; cõibus uiribus instruũt: cui cũ Cassander itéresse pp finitimũ bellũ nõ posset: Lysimachũ cũ ingẽtibus copiis ĩ auxiliũ sociis mittit. Erat hic Lysimachus illustri qdẽ Macedoniæ loco natus: sed uirtutis experimẽtis oĩ nobilitate clarior: q̃ tãta ĩ illo fuit: ut aĩ magnitudĩe philosophia ipa uiriũq; gloria oẽs: ꝑ quos oriẽs domitus est: uicerit: quippe cum Alexander magnus Calisthenem philosophum propter salutationis persicæ interpellatum morem insidiarum: quæ sibi paratæ fuerant: conscium fuisse ratus fuisset: eumque truncatis crudeliter membris abcissisque auribus ac naso labiisque deforme ac miserandum spectaculum reddidisset. Insuper cum cane in cauea clausum ad metum cæterorum circumferret: tunc Lysimachus audire Calisthenem & præcepta ab eo recipere uirtutis solitus miseratus tanti uiri nõ culpæ sed libertatis pœnas pendentis uenenũ ei in remediũ calamitatũ dedit: quod adeo egre alexander tulit: ut cũ obiici ferocissimo leoni iuberet. Sed cũ ad conspectũ eius cõcitus leo im-

atq; abderitarum cladem

Hercules alexandri filius cũ matre occidit

in q̃ multis uno tempore eruperit regii nominis appellatio

Calistenes foedã ab alexandro occisus

petum fecisset: manū manipulo inuolutam Lysimachus in os leonis imiserit: arreptaq; lingua feram exanimauit: quod cū nunciatum regi eēt: admiratio in satisfactioné cessit: carioréq; cū ꝓpter constantiam tantæ uirtutis habuit. Lysimachus quoq; magno aīo regis ueluti parentis tulit cōtumeliam. deniq; omni ex aīo huius facti memoria exturbata: postea in india insectanti regi quosdam palantes hostes cum a satellitū turba equi sui celeritate desertus esset: solus ei per imensas harenaꝝ moles cursus comes fuit. quod idem antea philippus frater eius cū facere uoluisset: inter manus regis expirauerat. Sed Lysimachū desiliens equo alexander hastæ cuspide ita in fronte uulnerauit: ut sanguis aliter claudi nō posset: q̄ diadema sibi déptum rex alligandi uulneris causa capiti eius imponeret: quod auspicium primum regalis maiestatis Lysimacho fuit. Et post mortem Alexandri cū inter successores Alexandri prouinciæ diuiderenť: ferocissime gentes quasi omniū fortissimo assignatæ sunt. Adeo ét consensu uniuersoꝝ palmá uirtutis inter cæteros tulit. Prius q̄ bellū inter Ptolemæū sociosq; eius aduersus Antigonū cōmitteret: repéte ex Asia maiore digressus Seleucus nouus Antigono hostis accesserat. Huius quoq; & uirtus clara & origo admirabilis fuit. Siquidem mater eius Laodice cum nupta esset Antiocho claro inter Philippi duces uiso uisa est sibi p quietem ex cōcubitu Apollinis concepisse: grauidáq; factá munus cōcubitus annulū a deo accepisse: cuius gēma anchora sculpta eét. Iussaq; id donū filium quem pepisset dare: admirabilem fecit hunc uisum & annulus q postera die eiusdem sculpturæ in lecto inuentus est: & figura anchoræ: quæ i femore Seleuci nata cum ipso paruulo fuit. Quāobrem Laodice annulū Seleuco eunti cum Alexandro magno ad ꝑsicam militiam edocto de origine sua dedit. Vbi post morté Alexandri occupato regno orientis urbé condidit. Ibiq; geminæ originis memoriá consecrauit: nam & urbé ex Antiochi patris nomine antiochiá uocauit: & campos uicinos urbi Apollini dicauit: originis eius argumentū etiá posteris mãsit: siquidé filii nepotesq; eius anchoram in femore ueluti notá generis naturalem habuere. Multa in oriéte post diuisioné inter socios regni Macedonici bella gessit principio Babyloniam cœpit. Inde auctus ex uictoria uiribus bactrianos expugnat: transitū deinde in Idiam fecit: quæ post morté Alexandri ueluti a ceruicibus iugo seruitutis excusso prefecto eius occiderat: auctor libertatis sandrocottus fuerat. sed titulū libertatis post uictoriam in seruituté uerterat: siquidem occupato regno populum qué ab externa dominatione uendicauerat: ipse seruitio premebat. Fuit hic quidé humili genere natus: sed ad regni ꝑtátem maiestate numinis impulsus: quippe cū ꝓcacitate sua Alexandrū regem offendisset iterfici a rege iussus: saluté pedum celeritate quæsierat: ex qua fatigatione cū somno captus iaceret: leo igentis formæ ad dormientem accessit: sudoréq; ꝓfluentem lingua ei detersit: expergefactūq; blande reliquit. Hoc prodigio primū ad spem regni impulsus contractis latronibus Indos ad nouitatem regni sollicitauit. Molieti deinde bellū aduersus prefectos Alexandri elephãtus ferus infinitæ magnitudinis ultro se obtulit: & ueluti domita mãsuetudine eū tergo excepit. Duxq; belli & præliator insignis fuit. Sic acq̄sito regno Sandrocottus ea tépestate: q̄ Seleucus futuræ magnitudinis fundaméta faciebat. Indiá possidebat: cū quo facta pactione Seleucus cōpositisq; in oriente rebus in bellū antigoni descédit. Adunatis igiť oium socioꝝ copiis prælīū cōmittiť. In eo Antigonus occidiť. Demetrius filius eius i fugá uertitur: sed socii ꝓfligato hostili bello denuo in semetipsos arma uertūt: & cū de præda nō conueniunt: iterū i duas factiōes deducunť. Seleucus Demetrio: Ptolemæus Lysimacho iūgitur: Cassandro defuncto Philippus filius succedit: sic quasi ex integro noua Macedoniæ bella nascuntur.

Atť. Lysimachi uirtuté in conficiédo leone

Ecce ex his datur intelligi qui diadema sit

Seleuci origo

Atť. prodigium i leone

Antigonus occiditur

IVTSTINI HISTORICI LIBER XVI.

P Ost Cassandri regis filiiq; eius Philippi cōtinuas mortes. Thessalonice regia uxoř Cassandei nō magno post tpe ab Antipatro filio cū uitá ét p ubera materna depcareť: occidiť. Cá prricidii fuit. qđ post morté mariti i diuisiōe iter fratres regni ꝓpésior fuisse Aléxádro uidebať: qd facinus eo grauius oibus uisum é: qđ nullū maternæ fraudis uestigiū fuit: q̄ q̄ i parricidio nulla satis iusta cá ad sceleris patrocinia ꝑtexi pōt. Ob hæc igiť Alexáder i ultiōe maternæ necis gesturus cū fratre bellū auxiliū a Demetrio petit: nec Demetrius spe iuadédi Macedōici regni morá fecit: cuius aduétū uerés Lysimachus ꝑsuadet genero suo antipatro: ut malit cū fratre i gratiá reuerti q̄ ꝑnū hosté i Macedōiá admitti. Inchoatam igiť iter fratres recōciliationé cū ꝑsensisset. demetrius p isidias Alexádꝝ iterfecit. Occupatoq; macedōiæ regno cædé apud exercitū excusaturus i cōcioné uocat. Ibi prioré se petitū ab Alexádro allegat: nec fecisse se sed occupasse insidias: regé át se macedōiæ uel ætatis experiméntis: uel cáis iustioré eé: ꝑrem. ti. ū & Philippo regi: & Alexádro magno sociū i oi militia fuisse liberoꝝ deide Alexandri ministꝝ: & ad ꝑsequédos defectores ducé extitisse. cōtra Antipatꝝ auū hoꝝ adolescétiū amarioré semp ministꝝ regni: q̄ ipos reges fuisse. Cassandꝝ uero ꝑrem extinctoré regiæ domus nō fœminis nō pueris pepercisse: nec cessasse quoad omné stirpé regiæ sobolis deleret. Hoꝝ sceleꝝ ultioné q̄a neq̄sset: & ab ipso Cassandro exigere ad liberos eius translatam. Quamobrem etiam Philippum & Alexandrum: quia siquis manium sensus est: non interfectores suos ac stirpis suæ. Sed ultores eorum Macedoniæ re-

antipater matrem occidit

Demetrius a Macedonibꝰ rex appellatur

gnum tenere malle:per hæc mitigato populo rex Macedoniæ appellatur. Lysimachus quoq; cũ bel-
lo Doricens regis thracũ præmeretur:ne eodẽ tẽpore & aduersus Demetriũ dimicare necesse habe
re tradita ei altera parte macedoniæ quæ antipatro eius genero euenıat pacẽ cum eo fecit. Igitur De
metrius totis macedoniæ regni uiribus instructus cũ Asiam occupare statuisset:iterato ptolemæus
Seleucus & Lysimacus experti priore certamine quantæ uires essent concordi pacta societate aduna
tisq; exercitibus bellũ aduersus Demetrium transferũt in europã. His comitẽ se & belli socium iũgit
Pyrrhus rex Epiri — Pyrrhus rex epiri sperãs non difficilius Demetriũ macedoniã amittere posse q̃ acquisiuerat; nec spes
frustra fuit:quippe exercitui eius corrupto ipsoq; ĩ fugã acto regnũ macedoniæ occuparat. Deinde
hæc aguntur:Lysimachus geneꝝ suum Antipatrũ regnũ macedoniæ adẽptũ sibi soceri fraude quæ-
rentem interfecit;filiamq; suam Euridicẽ querelatũ sociam in custodiã tradit. Atq; ita uniuersa Cas-
sandri domus Alexandro magno seu necis ipsius seu stirpis extinctæ pœnas partim cæde partim sup
plicio luit. Demetrius quoq; a tot exercitibus circũuentus cũ posset honeste mori;turpiter se dedere
Seleuco maluit. Finito bello Ptolemæus cũ magna rerũ gestaꝝ gloria moritur. Is contra ius gentiũ
minimo natu ex filiis ante infirmitatẽ regnũ tradiderat;eiusq; rei populo rationẽ redderat cuius nõ
minor fauor in accipiẽdo q̃ patris in tradendo regnũ fuerat:inter cætera patris & filii mutuæ pieta-
tis exẽpla ẽt ea res amorẽ parẽ populi iuueni cõciliauerat;& pater regno ei publice tradito priuatũ of
ficium regi inter satellites fuderat:omniq; regno pulchrius regis esse patrem dixerat. Sed ĩter Lysima
chum & Pyrrhum regẽ socios pauloante aduersus Demetriũ assiduum inter pares discordia malum
bellum mouerat. Victor Lysimachus pulso Pyrrho macedoniam occupauerat. Inde Thraciæ ac dein
Heraclææ origo — ceps heracleæ bellũ intulerat:cuius urbis;& initia & exitus mirabilis fuere;quippe Boetiis pestilentia
laborantibus oraculũ delphis responderat:coloniam in ponti regione sacram Herculi conderent: cũ
propter metũ longæ & periculosæ nauigationis mortem in patriã oĩbus præoptãtibus res omissa eẽt
bellũ his phocenses intulerunt:quoꝝ cũ aduersa prælia paterent̃: iterato ad oraculũ decurrũt; respõ
sum idẽ belli quod pestilẽtiæ remediũ fore. Igitur cũ scripta colonoꝝ manu in metapontũ delati ur-
bem heracleã condiderũt:& quoniam factoꝝ auspicus in eas sedes delati erant. Breui post tempore
magnas opes parauere;multa deinde huius urbis aduersus finitimos bella multa etiã domesticæ dis-
sensionis mala fuere. Inter cætera magnifica uel præcipue illud memorabile fuit:cũ rerũ potirentur
athenienses;uictisq; persis græciæ & asiæ tributum in tutelã classis descripsissent:omnibus cupide ad
præsidiũ salutis suæ conferentibus soli heraclienses ob amicitiã regũ persicoꝝ collationẽ abouerant:
Missus itaq; ab atheniensibus Malachus cũ exercitũ ad extorquẽdũ;quod negabat̃:dũ relictis io lit-
tore nauibus agros heracliensiũ populatur;classem cõ maiore parte exercitus naufragio repẽtinæ tẽ
pestatis amisit. Itaq; cũ neq; mari possent amissis nauibus neq; terra auderẽt cũ parua manu inter tot
Heracliensium in hostes humanitas — ferocissimas gentes reuerti. Heraclienses honestiorẽ beneficii q̃ ultionis occasionẽ rati; instructos cõ
meatibus auxiliisq; dimittunt:bene agroꝝ suoꝝ populationẽ existimantes:si quos hostes habuerãt:
amicos reddidissent. Passi sunt inter plurima mala etiã tyrannidẽ:si quidẽ cũ plebs etiã nouas tabu-
las & diuisionẽ agrorum diuitũ ĩpotenter flagitarent:diu rei in senatu tractata cũ exitus rei non inue
nirentur:ad postremũ aduersus plebẽ tumio ocio lasciuientẽ auxilia a Thimoteo atheniensiũ duce:
mox ab Epaminonda thebanoꝝ petiuere. Vtrisq; negantibus ad Clearchũ quẽ ipsi in exilium egerãt
decurrũt:tanta calamitatũ necessitas fuit;ut cui patriam interdixerant:eũ ad tutelam patriæ uocaret
Sed Clearchus exilio facinorosior redditus:& dissensionẽ populi occasionẽ inuadendæ tyrãnidis exi
stimans:primo tacite cũ Mithridate ciuiũ suoꝝ hoste colloquit̃:& inita societate paciscitur:ut reuo
catus in patriã ꝓdita ei urbe præfectus eius cõstitueret̃. Postea aũt insidias:quas ciuibus parauerat ip
sum Mithtidatem uerterat. Nãq; cũ uelut arbiter ciuilis discordiæ de exilio reuersus esset:statuto tẽ
pote quo urbem Mithridati traderet:ipsum cũ amicis suis cepit captũq; accepta ingenti pecunia di-
misit. Atq; ut in illo subitũ se ex socio fecit hostem;sic ex defensore senatoriæ causæ:repẽte patronus
plebis euasit;& aduersus auctores potentiæ suæ a quibus reuocatus in patriã;per quos in arce colloca
tus fuerat,nõ solũ plebẽ accẽdit:uecũ etiam nefandissima quæq; tyrãnicæ crudelitatis exercuit. Igit̃
populo ad concionẽ uocato:neq; se affuturum amplius grassanti ad populũ senatui air intercessutũ;
etiam si pristina sæuicia perseueret:& si par esse crudelitati senatoꝝ arbitrarent̃ abituꝝ cũ militibus
suis,neq; ciuilibus discordiis interfutuꝝ. Si uero diffidant uiribus ꝓprus uindicem se ciuiũ nõ defu-
turũ;ꝓinde cõsulãt sibiipsi iubeãt abire si malint:uel sociũ cãæ popularis remanere. His uerbis sollici
tata plebs sũmũ ad eũ ĩpetiũ defert:& dũ senatus potentiæ irascit̃:in seruitutẽ se tyrãnicæ dominatio
Clearchus Heracliensium Tyrãnus — nis cũ cõiugibus & liberis tradit. Igit̃ Clearchus. lx. senatores cõpræhẽsos nã cæteri ĩ fugã dilapsi erãt
in uincula cõpingit;lætari plebs q̃ a duce potissimũ senatoꝝ senatus deleret̃: uersaq; uice auxilium
eoꝝ in exitiũ cõuersum eẽt:qbus dũ mortẽ passim oibus minat̃;cariora eoꝝ præcia facit. siquidem
Clearchus magna pecunia q̃si minis populi oculte eos sub tractaturus accepta spoliatos fortunis ui-
ta quoq; spoliauit. Cognito deinde q̃ bellũ sibi ab us q̃ ꝓfugerãt misericordia in auxiliũ sollicitaos
ciuibos pararetur:seruos eoꝝ manumittit. & ne qd in afflictis honestissimis domibus deesset: uxo-
res eoꝝ filiasq; nubere seruis suis ꝓposita recusantibus morte cõpellitrut eos sibi fidiores & dominis

infestiores redderet. Sed matronis tá lugubres nuptiæ grauiores repétinis funeribus fuere: itaq; mul Heraclien-
tæ se ante nuptias; multæ in ipsis nuptiis occisis prius nouis maritis interficiút & se tam funestis cala sium clades
mitanbus uirtute ingenui pudoris eripiút: prælíú deinde cõmittitur: quo uictor tyrannus captiuos
senatures in triúphi modú per ora ciuiú trahit. Reuersus in urbé alios uincit: torquet alios: alios oc-
cidit: nullus locus urbis a crudelitate tyráni uaccat accedit sæuitiæ insulentia: crudelitati arrogantia
Interdú enim ex successu continuæ felicitatis ubliuiscitur se hominé. Interdú iouis filiú se dicit: eun
n per publicú aurea aquila uelut argumentú generis præferebatur: ueste purpurea & cothurnis regú
tragicæ & aurea curuna utebaẽ: filiú quoq; suum Ceraunon uucat: ut deos non mendacio tantum
uerúetiam nominibus illudat. Hæc ilum facere duo nobilissimi iuuenes Chiou & Leonides idigná Chiõ & leo
tes patriam liberaturi in necem tyráni cunspirant. Erant hi discipuli Platunis philusophi: qui uirtu- nides plato
tem ad quam quottidie præfectis præceptis magistri erudiebáẽ: patriæ exhibere cupiétes qnquagita tuci
ta cognatos ueluti clientes in insidiis locant. Ipsi more iurgantiú ad tyrannú ueluti ad regé in arcé cõ
tendút: qui iure familiaritatis admissi; dum alterú priuré dicentem intentus audit tyrannus; ab alteru
occupatur: Sed ipsi sociis tardius auxiliú ferentibus a satellitibus obruuntur: quare factú est; ut tyran
nus quidem occideretur: sed patria non liberareẽ. Ná frater Clearchi Satyrus eadé uia tyránide inua Clearchus
dit: multisq; annis per gradus successiunis heraclenses regnum tyrannorum fuere. occiditur

IVSTINI HISTORICI LIBER XVII.

Er idem ferme tempus Hellesponti & Cersunesi regiunibus, terræmotus fuit: maxíe
tantum urbs Lysimachia ante duos &.xx.annos a lysimacho condita euersa est. q por
P tenta dira lysimacho stirpiq; eius ac ruinam regni cú clade uexatarú regionum porté
debant: nec ustentis fides defuit: ná breui post tépore Agathoclé filiú suum: qué in suc
cessioné regni urdinauerat: per qué multa bella pruspere gesserat nõ solú patriú uerú-
etiam humanú ultra moré prorsus ministra Arsynce nuuerca ueneno interfecit. Hæc
illi prima mali labes; hoc initiú pendentis ruinæ fuit. Nam parricidiû principú secutæ cædes sunt lué
tium supplicia. q uccisum iuuenem dolebant. Itaq; & hi: qui exercitibus præerant: certatim ad Seleu-
cum deficiebant: eumq; pronú iam ex æmulatiune gluriæ bellú lysimacho inferre cõpellút. Vltimú
hoc certamen cõmilitonú Alexandri fuit: & uelut ad exemplú forrunæ par reseruatú lysimachus q̃t-
tuor &.lxx.annos natus erat. Seleucus septé &.lxx. Sed in hac ætate utriq; animi iuueniles erant: impe Alex. succes
riiq; cupiditaté insatiabilé gerebant. Quippe cú orbé terraꝝ duo soli teuerent; angustus sibimet in- sores q duo
clusi uidebantur: uitæq; finé non annoꝝ spaciu sed imperii terminis mittebantur. In eu bellu lysima- reliqui erát
chus amissis antea uariis casibus quindecí liberis nõ strénue moriés postremus domus suæ cumulus in se cõcur-
accessit. Lætus tanta uicturia Seleucus & quod maius uictoria potabat: solú se de cohorte alexandri runt
mansisse uictoréq; uictoꝝ extitisse nõ humanú upus esse sed diuinú munus gloriatur: ignarus prisus
nõ multú post fragilitatis humanæ se ipsum exemplú futuꝝ: quippe post menses admodú septé a pto
lemæo cuius sororé lysimachus in matrimonio habuerat: per insidias circúuentus occidiẽ. Regnúq; Seleucus ul
macedoniæ: quod lysimacho eripuerat: cú uita pariter amittit. Igiẽ Ptolemæus eú & in gratiá memo- timus ex
riæ magni Ptolemæi patris & in fauorem ultionis lysimachi ambitiosus ad populares esset. primu ly successori-
simachi filios conciliare sibi statuit: nuptiasq; Arsynoes sororis suæ matris eoꝝ petit: puerurum ado bus Alex.
ptione prumissa ut cú in locú eoꝝ successisset: nihil illi moliri uel uerecúdia matris: uel appellatione perit
patris auderent. Fratris quoq; regis ægypti concordiá p epistulas deprecatur: professus deponere se
uffensam erepti paterni regni: neq; amplius a fratre quæsituꝝ: quod hunestius a paternu hoste pcepe
rit: oíq; arte adulatur Eumeni Antiguno Demetrii filius: anthiocho filiu Seleuci cú qbus habiturus
erat: ne tertius sibi hustis accederet. Sed nec Pyrrhus rex Epiri omissus ingens momentú futurus utri
patri socius accessisset: qui & ipse spoliare singulos cupiés oíbus se partibus uendicabat. Itaq; tarenti-
nis aduersus romanos laturus auxiliú: ab Antigono naues ad exercitú deportandú mutuo petit ab an
tiocho pecuniá: q opibus q̃ militibus instructior erat. a Prolemæo macedonú militú auxilia: sed ptu
lemæus: cui nulla dilationis ex infirmitate uiriú uenia esset: quinq; milia peditú: equitú quattuor mi
lia elefantos. L. nõ amplius q̃ in biénu usum dedit. Ob hæc Pyrrhus filia Ptolemæi i matrimuniú ac Pyrrhi í ita
cepta uindicé eú regni reliquit. Sed quoniá ad Epiri mentiuné uentú é: de origíe regni eius pauca nar lia accessus
randa sunt. Molossoꝝ primú in ea regiune regnú fuit. Post pyrrhus Achillis filius amissu p absentia epirotici re
troiáis tpibus pẽno regno in his locis cõsedit: q pyrrhidæ prío: postea epirotæ dicti sunt. Sed Pyrrhus gni uetu-
cú in téplú dodonæi iouis ad cõsulédú uenisset ibi Anasam nepté Herculis rapuit: ex cuius matrimu stas
niu octu liberos sustulit. Ex his nõnullas uirgines nuptu finitis regibus tradit: opesq; affinitatú auxi- Pyrrhi exi-
lio magnas parauit. Atq; ita Heleno filio priami regis ob industriá singularé uaticinandi regnú chau tus
num & andromacá Hectoris: quá & ipse matrimonio suo in diuisioné troiáæ prædæ acceperat: uxo Piale
rem reddidit. Breuiq; post tépore delphis insidiis Orestæ filii Agamemnonis inter altaria dei interiit Arisbas
Successur huic piales filius fuit: p ordiné deide regnú ad Arisbá descédit: cui quuniá pupillus & uni- Neoptule-
mus

cus ex gente nobili superesset: intentione omniũ cura seruandi eius educandiq;. Publice tutores con
stituuntur: athenas quoq; erudiendi gratia missus: quãto doctior maioribus suis: tanto & gratior po-
pulo fuit. Primus itaq; & leges & senatũ annuosq; magistratus & reipublicæ formã composuit: & ut a
Pyrrho sedes sic uita cultior populo ab Arisba statuta huius filius Neoptolemus fuit: ex quo nata est
Olympias soror Alexander Epiri rex Aeacidem Pyrrhum — Olympias mater Alexandri magni: & Alexander qui post eũ regnũ Epiri tenuit: & io italia bello gesto
in Brutiis interiit. Post eius mortẽ frater æacides regno successit: qui assiduis aduersus macedõas bel-
lorum certaminibus populũ fatigando offensam ciuiũ cõtraxit. ac propterea in exiliũ actus Pyrrhũ
filiũ biniũ admodũ paruulũ in regno reliquit: qui & ipse cũ a populo ꝓpter odium patris ad necem
quæreretur: furtim subtractus in illyrios defertur: traditusq; est Beroe Glauci regis uxori nutriendus
quæ & ipsa generis æacidaꝶ erat. Ibi eũ seu misericordia fortunæ eius: seu infantilibus blandimentis
inductus rex aduersum Cassandrum Macedoniæ regẽ qui eũ sub belli cõminatione deposcebat: diu
protexit: addito in auxilio etiã adoptionis officio: quibus rebus moti epirootæ dio in misericordiam
uerso annoꝶ. xi. eũ io regnũ reuocauerũt: datis tutoribus qui regnum usq; adultam eius ætatem tue
rentur. Adolescens deinde multa bella gessit: tantusq; rerum successu haberi ceptus est: ut Tarẽtinos
solus aduersus romanos tueri posse uideretur.

IVSTINI HISTORICI LIBER XVIII.

Gitur Pyrrhus rex epiri cum iterata Tarentinoꝶ legatione additis sannitiũ & lucano
rum precibus & ipsis auxilio aduersus romanos indigentibus fatigaretur: nõ tã suppli
cium precibus q̃ spe inuadẽdi italiæ imperii inductus uentuꝶ se cũ exercitu pollicet.
In quam rem ĩclinatũ semel animũ præcipitẽ agere cœperant exempla maioꝶ. ne aut
inferior patruo suo Alexandro uideretur: quo defensore iidẽ Tarentini aduersus bru
tios usi fuerant: aut minores animos magno Alexandro habuisse: qui tam longa a do-
mo militia orientẽ subegit. Igitur relicto custode regni filio Ptolemæo annos. xv. nato exercitum in
portu tarentino exponit: duobus paruulis filiis Alexandro & Heleno in solatia longinquæ secũ expe-
Valerius leuinus cõsul — ditionis adductis. cuius audito aduentu consul romanus Valerius Leuinus festinans ut primus cũ eo
congrederet: q̃ auxilia sociorum cõuenirent: exercitũ in aciem deducit: nec res tam & si oumero mili
tum inferior esset: certamini morã fecit. Sed romanos uincentes iam inusitata ante elephantoꝶ for-
ma stupere primo: mox cedere prælio coegit: uictoresq; iam noua macedonũ monstra: repente uice-
Romani a pyrrho uincuntur — ruot: nec hostibus incruenta uictoria fuit: nam & ipse Pyrrhus grauiter uulneratus est: & magna pars
militũ eius cæsa: maioreq; gloriæ eius uictoriæ q̃ læticiam habuit. Huius pugnæ euentum multæ ci
cc. captiui a pyrrho gratis restituti — uitates secutæ Pyrrho se tradunt. Inter cæteros etiã locri prodito præsidio Romano ad Pyrrhum
deficiũt: ex ea præda Pyrrhus. cc. captiuos milites gratis romã remisit: ut cognita uirtute eius romani
cognoscerent etiã liberalitatẽ. Interiectis deĩde diebus cũ socioꝶ exercitus superuenisset: iterato præ
lium cũ romanis facit: in quo par fortuna priori bello fuit. Interea Mago dux carthaginensiũ in auxi-
lium Romanoꝶ cũ. cxx. nauibus missus senatũ adiit: ægre tulisse chartaginenses affirmans: q̃ bellũ
in italia a peregino rege patarentur: ob quã causam missum se ut quoniã externo hoste oppugnarent
externis auxiliis iuuarentur: gratiæ a senatu carthaginẽsibus actæ: auxiliaq; remissa. Sed Mago puni-
co ingenio: post paucos dies tacitus q̃si pacificator carthaginensiũ Pyrrhũ adiit speculaturus consilia
eius de sicilia: quo eũ accersiri fama erat. Nã romãis eadẽ cã mittẽdi auxilia carthaginẽsibus fuerat: ut
Cartha: & Ro. consilia de inuadẽda Sicilia — romano bello ne in siciliam Pyrrhus transire posset in italia: detineretur. Dũ hæc aguntur: legatus a
Fabritius Lucinus — senatu romão Fabricius Lucinus missus pacem cũ pyrrho cõposuit: ad qoam cõfirmandã Cineas Ro
mam cũ ingentibus a Pyrrbo donis missus: neminẽ cuius domus muneribus pateret: ĩuenit. Huic cõ
Arf. ro. continentiam — tinentiæ romanoꝶ simile excẽplũ iisdem ferme temporibus fuit. Nam missa a senatu in ægyptum le
gatione cum ingentia sibi a ptolemæo rege missa munera spreuissent: interiectis diebus ad cœnam in
uitatis aureæ corõnæ missæ sunt: quas illis honoris causa receptas postera die statuis regis imposue-
runt. Igitur Cineas cum turbatam cum romanis pacem ab Appio claudio renunciasset. interrogatus
a Pyrrho qualis roma esset. respoodit regum urbem sibi uisam. Post hæc legati siculorum supueniũt:
tradentes pyrrho totius insulæ imperium: qui assiduis carthaginensium bellis uexebatur. Itaq; reli-
Carth. origo — cto locris Alexandro filio: firmatisq; ciuitatibus ualido præsidio in Siciliam exercitum traiecit. Et
quoniam ad carthaginensium mentionem uentum est: de origine eorum pauca dicenda sunt: repeti-
tis tyriorum paulo altius rebus: quorum casus etiam dolendi fuerant. Tyriorum gens condita a phœ
nicibus fuit: qui terræmotus uexati relicto patriæ solo assyrium stagnum primo: mox mari proximũ
litus incoluerunt: condita ibi orbe quam a piscium ubertate sidona appellauerunt: nam piscem phœ
Vnde Sydõ dicta — nices sidoo uocant. Post multos deinde annos a rege aschaloniorum expugnati nauibus appulsi Tyrõ
urbem ante annum troianæ cladis condiderunt. Ibi persarum bellis diu uarieq; fatigati uictores qui
Tyri conditio — dem fuere: sed attritis uiribus a seruis suis multitudine abũdãtibus ĩdigna supplicia ꝑpessi sunt: q̃ con
spiratiõe facta omnẽ liberꝶ populũ cũ dominis interficiũt: atq; ita potiti urbe lares dominoꝶ occu-

pant rempu.inuadunt:coniuges ducunt.& quod ipsi nõ erant liberos procreant:unus ex tot milibus
seruoꝝ fuit:qui miti ingenio senis domini paruuliq; filii eius fortuna moueref:dominusq; non tru-
ci feritate trucidauit:sed pia misericordia ac humanitate respexit.Itaq; cum uelut occisos alienasset:
seruisq; de statu reipu.deliberantibus placuisset regem ex suo corpore creari:eũq; potissimũ quasi ac
ceptissimum diis:qui solẽ orientẽ primus uidisset:rem ad Stratonẽ(hoc enim ei nomẽ erat)dominũ
occulte latentẽ detulit:ab eo formatus cum medio noctis omnes in unũ campũ ꝓcessissent:cæteris
in orientẽ spectantibus solus occidentis regionẽ intuebaf:id primũ aliis uideri furor in occidentẽ
solis ortum quærere.Vbi uero dies aduentare cœpit:editissimisq; culminibus urbis oriens splende-
Straton
re expectantibus aliis ut ipsum solem aspiceretit:hic primus omnibus fulgorem solis in summo fasti
gio ciuitatis ostendit:non seruulis ingenii ratio uisa:requirentibusq; auctorem de domino confitef.
Tunc intellectũ est quantum ingenua seruilibus ingenia præstarent:maliciaq; seruos nõ sapiẽtia uin-
cere.Igitur uenia seni filioq; data est:& uelut numine quodã reseruatos arbitrantes regem Stratonẽ
creauerũt.post cuius mortẽ regnũ ad filiũ ac deinde ad nepotes transit.Celebre hoc seruoꝝ facinus
metuendũq; exemplũ toto orbe terraꝝ fuit.Itaq; alexander magnus cũ interiecto tempore in oriẽte
Vltio magni Alex.in Tyriorum serius
bellum gereret uelut ultor publicæ securitatis expugnata eoꝝ urbe omnes:qui prælio superfuerãt:
ob memoriã ueteris cædis crucibus affixit.genus tãtum Stratonis inuiolatũ seruauit.regnũq; stirpi
eius restituit ingenuis & innoxiis incolis insulæ attributis:ut extirpato seruili germine genus urbis ex
integro cõdiretur.Hoc igitur modo tyrii Alexandri auspiciis conditi parsimonia & labore quærenti
cito cõualuere. Ante cladẽ dominorũ cũ & opibus & multitudine abundarent:missa ĩ africã iuuentu
re Vticam cõdidere cũ interim rex tyro decedit filio pygmalione & Elisa filia insignis formæ uirgine
Vticæ conditio
hæredibus institutis.Sed populus Pygmalioni admodum puero regnũ tradidit.Elisa quoq; Sichæo
auunculo suo sacerdoti Herculis:qui honos secũdus a rege erat:nupsit:huic magnæ sed dissimulatæ
Sichæi interitus
opes erant:aurũq; metu regis non tectis sed terræ crediderat:quam rem &si homines ignorabant:fa-
ma tamen loquebatur:qua incitisus pygmalion oblitus iuris humani auunculũ suum eundemq; ge-
Pygmaliõ
nerum suum sine respectu pietatis occidit.Elisa diu fratrem propter scelus auersata ad postremum
dissimulato odio mitigatoq; interim uultu fugam tacite molitur:assumptisq; quibusdam principi-
bus in societatẽ:quibus par odiũ in regem esse:eandemq; fugiendi cupiditatẽ arbitrabatur.tunc fra-
trem dolo aggreditur:singit se ad eum migrare uelle ne amplius ei mariti domus cupidæ obliuionis
grauem luctus imaginem renouaret:ne ue ultra amata admonitio oculis eius occurrat.Non inuictus
Pygmalion uerba sororis audiuit:existimans cum ea & aurũ Sichæi ad se uenturum. Sed Elisa mini-
stros migrationis a rege missos nauibus cum opibus suis prima uespera imponit prouectaq; in altum
compellit:eos onera harenæ pro pecunia inuiolata in mare deiicere:tunc defluens ipsa lugubriq; uo-
ce Sichæum exorat:ut libens opes suas recipiat:quas reliquerat:habeatq; inferias:quas habuerat cau
Didonis fuga
sa mortis:tunc ipsos ministros aggreditur:sibi quidem ait optatam olim mortem sed illis acerbos cru
ciatus & dira supplicia imminere:qui Sichæi opes:quarum spe parricidium rex fecerit:auaritiæ tyrã
ni subtraxerint:hoc metu omnibus iniecto comites fugæ accepit.Iunguntur & senatorum in ea no-
cte ꝑparata agmina:atq; ita sacris Herculis:cuius sacerdos sichæus fuerat:repetitis exilio sedes quæ-
runt.Primus illis appulsus terræ cyprus insula fuit:ubi sacerdos Iouis cum coniuge & liberis dei mo-
Vetustas ciprioꝝ mos in prostituendis uirginibus
nitu comitẽ se Elisæ sociũq; fortunæ offert:pactus sibi posterisq; perpetuum honorẽ sacerdotii:con-
ditio pro manifesto homine accepta:mos erat cypriis uirgines ante nuptias statutis dotalem pecuniã
quæsituras in quæstum ad litus maris mittere ꝓ reliqua pudicitia:libamenta Veneri soluturas.Haꝝ
igitur ex numero.lxxx.admodũ uirgines rapi & nauibus impotii Elisa iubet:ut & iuuentus matrimo
nia & urbs sobolẽ habere possit.Dũ hæc aguntur:Pygmalion cognita sororis fuga cũ impio bello fu
gientem ꝓsequi pararet:ægre præcibus matris & deoꝝ minis uictus quieuit:cui cũ inspirati uates ca
nerẽt nõ ĩpune latuꝝ:si incrementa urbis toto orbe auspicatissime interpellasset:& hoc mõ spacium
respirãdi fugiẽtibus datũ.Itaq; Elisa delata in africæ finibus incolas loci eius aduẽtu peregrinoꝝ mu-
tuoq; reꝝ cõmercio gaudẽtes ĩ amicitiã sollicitat:deĩde ẽpto loco q̃ corio bouis tegi possit:in quo
fessos lõga nauigatiõe socios:quoad ꝓficisceref:reficere posset:coriũ ĩ tenuissimas ptes secari iubet:
atq; ita maius loci spaciũ q̃ petierat:occupat:unde postea ei loco byrsæ nomẽ fuit.Cõfluentibus dein
Byrsa
de uicinis locoꝝ:q̃ spe lucri multa hospitibus uenalia inferebãt:sedesq; ibi statuentibus ex frequentia
hominũ uelut instar ciuitatis effectũ ẽ.Vticensiũ quoq; legati dona ut sanguineis attulerũt:hortatiq;
sunt ut urbẽ cõderẽt:ubi sedes sortiti essent.Sed & Afros detinẽdi aduenas amor cœpit.Itaq; consen
tientibus oĩbus Carthago cõdif:statuto ãnuo uectigali ꝓ solo urbis.In primis fundamẽtis caput bu-
Cartha. cõditur
bulũ inuẽtũ ẽ:qđ auspiciũ qdẽ fructuosæ terræ:sed laboriosæ ꝑpetuoq; seruæ urbis fuit:ꝓp qđ ĩ aliũ
locũ urbs translata.Ibi quoq; caput eq reptũ bellicosum potẽtẽq; populũ futuꝝ significãs urbi auspi
catam sedẽ dedit.Tũc ad opinionẽ nouæ urbis cõcurrentibus gentibus breui & populus & ciuitas ma
gna facta est.Cũ successu reꝝ florẽtes Carthaginis opes cẽnt:rex mauritanoꝝ Hiarbas decẽ pœnoꝝ
principibus ad se accersitis Elisæ nuptias sub belli denũciatione petit:qđ legati reginæ referre metuẽ
tes:punico cũ ea ingenio egerũt:nũciantes regẽ aliquẽ poscere q̃ cultiores mores uictusq; cum Afros

perdoceat:sed quenq̄ inueniri non posse:qui ad barbaros & ferarum more uiuentes transire a con-
sanguineis uelit. Tūc a regina castigari:si pro salute patriæ asperiorem uitam recusarent:cui etiā ipsa
uita si res exigat debeatur. Regis mandata aperuere dicentes. quæ præcipiat aliis ipsi facienda esse: si
uelit consultum esse. Hoc dolo capta diu Sichæi uiri nomine cum multis lachrymis & lamentatiōe
flebili īuocato:ad postremū iturā se quo sua & urbis facta uocarēt:respōdit. In hoc triū mēsiū sūpto
spacio pyra in ultima parte urbis extructa uelut placatura uiri manes inferiasq; ante nuptias missura
multas hostias cædit:& sumpto gladio pyram conscendit. Atq; ita a populum respiciens iturā se ad

Didonis interitus

uirum:sicut præceperat:dixit:uitamq; gladio finiuit:q̄ diu Carthago inuicta fuit:pro dea culta est.
Condita est urbs hæc. lxxii. annis āte q̄ roma:cuius uirtus sicut bello clara fuit:ita domi status uariis
discordiaꝝ casibus agitatus est:cū inter cætera mala etiā peste laborarent:cruēta sacroꝝ religione &
scelere pro remedio usi sunt. Quippe homines ut uictimas immolabant:& impuberes. quæ ætas etiā
hostium misericordiā prouocat:aris admouebant:pacē deorū sanguine eoꝝ exposcentes:pro quorū
uita dii rogari maxime solent. Itaq; aduersis tanto scelere numinibus cū in Sicilia diu infeliciter dimi
cassent:translato in sardiniā bello amissa maiore exercitus parte graui prælio uicti sunt:ꝑpter quod
ducem suum Machæū:cuius auspicus & Siciliæ partē domuerāt: & aduersus afros magnas res gesse
rant cū parte exercitus:quæ superfuerat:exulare iusserūt:quā rem ægre ferentes milites legatos Car-
thaginē mittunt:qui reditū primo ueniāq; infelicis militiæ petant:tamē denūcient:quod si precibus
nequeāt armis se consecuturos. Cū preces & minæ legaroꝝ spretæ essent:interiectis diebus cōscensis
nauibus armati ad urbem ueniunt:ibi deos hominesq; testati non se expugnatū sed recuperatum pa-
tria uenire ostensurosq; ciuibus suis non uirtutē sibi priore bello sed fortunā defuisse. Prohibitis cō-

Machæus Carthalo

meatibus obsessaq; urbe in summā desperationē Carthaginēses adduxerūt. Interea Carthalo Machæi
ducis exulis filius:cum præter castra patris a tyro:quo decimas Herculis ferre ex præda siciliensi:quā
pater eius ceperat:a carthaginensibus missus fuerat:reuerteretur : accersitusq; a patre esset : publicæ
se prius religionis officia executurum q̄ priuatæ pietatis:respōdit:quam rē & si ægre ferret pater nō
tamē uim afferre religioni ausus ē. Interiectis diebus Carthalo petito cōmeatu a populo cū reuersus
ad patrem esset:ornatusq; purpura & insulis sacerdotii omniū se oculis ingereret. Tū in secreto pater
adducto air:ausus ne es nefandissimū caput ista purpura & auro ornatus in conspectū tot miserorum
ciuiū uenire:& mœsta ac lugentia castra circūfluentibus quietæ felicitatis insignibus uelut exultabū
dus intrare? Nusq̄ ne te aliis iactare potuisti? Nullius locus aptior q̄ sordes patris & exilii infelicis ærū
næ fuerūt? Quid & pauloante uocatus:non dico patrē ducē certe ciuiū tuoꝝ superbe spreuisti? Et qđ
porro tu in purpurā istā coronisq; aliud q̄ uictoriaꝝ meaꝝ titulos geris? Quoniā igitur tu in patrem
nihil tui si exulis nomen agnoscis:ego quoq; imperatorē me magis q̄ patrem iudicabo:statuamq; in te
exemplum:ne quis posthac infelicibus miseriis patris illudat:atq; ita cū ornatu suo in altissimam cru
cem in conspectu urbis affigi iussit. Post paucos deinde dies Carthaginē capit : euocatoq; populo ađ
concionē exilii iniuriam quæritur:belli necessitatē excusat:contentusq; uictoriaꝝ suaꝝ punitis au-
ctoribus miseroꝝ ciuiū iniuriosi exilii omnibus se ueniam dare dicit. Atq; ita decē senatoribus inter
fectis urbē legibus suis reddidit. Nec multo post tempore affectati regni accusatus:duplicis & in filio
& in patria parricidii pœnas dedit. Huic mago imperator successit:cuius industria & opes Carthagi-
nensium & imperii fines & bellicæ gloriæ laudes creuerunt.

IVSTINI HISTORICI LIBER XVIIII.

Mago pr̄ Hastrubal filii Hamilchar

m

Ago Carthaginensium īperator cū primis omniū ordinata disciplina militari īperiū
pœnoꝝ condidisset:uiresq; ciuitatis nō minus bellandi arte q̄ uirtute firmasset:defun
gitur:relictis duobus filiis Hastrubale & Amilchare:q ꝑ uestigia paternæ uirtutis de-
currētes sicuti generi ita & magnitudini patris successerūt. His ducibus sardiniæ bellū
illatū:aduersus afros quoq; uectigal ꝓ solo urbis multoꝝ annoꝝ repetentes dimica-
tum:sed afroꝝ sicuti causa iustior:ita & fortuna superior fuit:bellūq; cū his solutione

Dictatorē carth. habuere

pecuniæ non armis finitū. In sardinia quoq; Hastrubal grauiter uulneratus īperio Hamilchari fratri
tradito interiit:cuius mortē tū luctus ciuitatis:tū & dictaturæ undecī:& triūphi quattuor insignem

Vsus triūphādi apud Carthag.

fecere. Hostibus quoq; creuere animi ueluti cū duce pœnoꝝ uires cōcidissent. Itaq; siciliæ populi ꝓp
assiduas carthaginensiū iniurias ad Leonidā fratrē regis spartanoꝝ concurrentibus graue bellū natū
in quo & diu & uaria uictoria præliatū fuit. Dū hæc agunt̄:legati a Dario persaꝝ rege Carthaginem

Darius pœnis imperat Carth. canina carne uescuntur

uenerunt;afferentes edictū:quo pœni humanas hostias īmolare & canina carne uesci ꝓhibebantur:
mortuorū corpora cremare potius q̄ terra obruere a rege iubebant̄:petentes simul auxilia aduersus
græcos:quibus illaturus bellū Darius erat. Sed carthaginēses auxilia negātes ꝑpter assidua finitimo
rum bella:cæteris ne ꝑ oīa cōtumaces uiderent̄:cupide paruere. Interea Hamilchar bello siciliēsi in-
terficit̄ relictis tribus filiis Hamulchone:Hannone:Gisgone. Hastrubali quoq; par numerus filiorū
fuit Hannibal & Hastrubal & Sapho. Per hos res Carthaginensiū ea tēpestate regebant̄. Itaq; & mau

ris bellum illatum:& aduersus numidas pugnatum:& afri compulsi stipendiũ urbis conditæ carthaginensibus remittere. Deinde cũ familia tanta imperatorq; grauis liberæ ciuitati esset:omniaq; agerẽt simul & iudicarent centum ex numero senatorũ iudices deligunt:qui reuersis a bello ducibus rationem rerq; gestarq; exigerent:ut hoc metu ita in bello ĩperia cogitarent,ut domi iusticiam legesq; respicerent. In sicilia in locũ Hamilcharis imperator Hamilcho succedit:qui cũ nauali terrestriq; bello secunda prælia fecisset:repente pestilentis syderis ui exercitum amisit:quæ res cũ nunciata Carthagini esset:mœsta ciuitas fuit:omnia ululatibus non secus ac si ipsa urbs capta esset:personabant:clausæ priuatæ domus:clausa deorũ templa:intermissa oĩa sacra:omnia priuata officia damnata:cuncti deinde ad portam congregantur:egredientesq; paucos e nauibus:qui cladi superfuerant:de suis percunctant. Vt uero dubia antea spe & suspenso metu incerta orbitatis expectatione casus suorũ miseris eluxit: tunc toto littore plangentiũ gemitus:tunc infelicĩ matrũ ululatus & querelæ flebiles audiebantur. Inter hæc procedit inops e naui sua imperator Hamilcho sordida seruiliq; tunica distinctus: ad cuius conspectũ plangentiũ agmina iunguntur. Ipse quoq; manus ad cælum tendẽs:nunc sortẽ suã nũc publicam fortunam deflet:nũc deos accusat:qui tanta belli decora & tot ornamẽta uictoriarq: quæ ipsi dederant abstulerint:qui captis tot urbibus totiensq; hostibus terrestri naualiq; prælio uictis exercitum uictorem nõ bello sed peste deluerint:deferre se tamẽ ciuibus suis nõ modica solacia: quod malis eorq; hostes gaudere:non gloriari possent. Quippe neq; eos:qui mortui sunt a se occisos neq; eos q reuersi sunt:a se fugatos possint dicere:prædam:quã relictis a se castris abstulerint:nõ esse talẽ: quam uelut spolium uicti hostis ostentent:sed quã possessione uacua fortuitis damnorq; mortibus sicuti caduca occupauerint:quod ad hostes ptinet uictores se recessisse:quod ad pestẽ pertinet uictos:nihil tamen se grauius ferre:q̃ quod inter fortissimos uiros mori nõ potuerit:senatusq; sit nõ ad uitæ iucunditatem:sed ad ludibriũ calamitatis:q̃q̃ ubi miseras copiarq; reliquias Carthaginẽ reduxerit:se quoq; secuturum cõmilitones suos:ostensurũq; patriæ nõ ideo se in eam diẽ uixisse quoniã uelit uiuere: sed ne hos quibus nefanda lues pepercerat inter hostiũ exercitus relictos morte sua proderet:tali uociferatione p urbẽ ingressus:ut ad limina domus suæ uenit:psecutã multitudinẽ uelut postremo allogo dimisit:obseratisq; foribus ac nemine ad se ne filiis quidem admissis mortem sibi consciuit.

Humanas hostias imolare

Sui carthago pro solo urbis uectigal pepẽderũt

Copiæ punicæ subita pestilentia cõsumpta

IVSTINI HISTORICI LIBER XX.

Iouysius ex Sicilia pulsis carthaginensibus:occupatoq; totius insulæ ĩperio graue ociũ regno suo periculosamq; desidiã tanti exercitus ratus:copias in italiã traiecit: simul ut
getaꝝ sunt:q cū Olore rege aduersus Bastarnas male pugnassent:ob ultioné segnitiæ capturi somnū
capita loco pedū ponere iussu regis cogebant̄:ministeriaq; uxoribus:q ipsis antea fieri solebát facere:
neq; hæc ante mutata sunt:q̄ ignominiá bello acceptá uirtute delerét:Igit̄ Perseus cō iperio Philippi
Daci a gethis — patris successisset:oés has gétes aduersus romanos i societaté belli sollicitabat. Interí iter Prusiá regé
ad qué Annibal post pacé Antiocho a Romanis datá pfugerat:& Eumené bellū ortū est: qđ Prusias
Annibalis fiducia rupto fœdere prior itulit. Náq; Annibal cū ab antiocho romani iter cæteras cōdi-
tiōes pacis deditioné eius deposcerét:admonitus a rege i fugá uersus cretá defert̄:ubi cū diu qerá uitá
Plutarchus ad gortynios in cretá uenisse ait — egisset:iuidiosumq; se pp ter nimias opes uideret:amphoras plūbo repletas i téplo Dianæ q̄si fortu-
næ suæ psidia deposuit:atq; ita nihil de illo sollicita ciuitate:quoniá uelut pignus opes eius tenebant:
ad Prusiá cōtédit:auro suo in statuis:quas secū portabat isuso:ne cōspectæ opes uitæ suæ nocerét. De
inde cū prusias terrestri bello ab Eumene uictus eét:pliūq; in mare trástulisset:Annibal nouo cōmé-
to auctor uictoriæ fuit. Ná omne serpétinū genus i fictiles lagenas conici iussit:medioq; plio i naues
hostiú mittit. Id primū ponticis ridiculū uisum fictilibus dimicare:q ferro nequeant. Sed ubi serpéti
bus repleri naues cœpe ancipiti piculo circūuéti:hosti uictoriá cessere:q̄ ubi romæ nūciata sunt: mis
si a senatu sūt legati:q utrūq; regé i pacé cogerét:Annibaléq; deposcerét. Sed Annibal re cognita sum
pto ueneno legationé morte pūenit. Insignis hic annus triū toto orbe maximoꝝ iperatoꝝ fuit mor
Scipio Annibal & Philopœmenes — tibus Annibalis:Philopomenis:& Scipionis africani. Ex qbus cōstat Annibalé nec cū italia cū roma-
no tonanté iperio cōtremuit. Nec cū reuersus carthaginé summū iperiū tenuit:aut cubáté cœnasset
aut plus sextario uini idulsisse:pudicitiáq; cum tantam inter tot captiuas habuisse:ut in africa natum
quáuis negaret. Moderationis certe eius fuit:ut cum diuersarum gentium exercitum rexerit:neq; in-
sidiis suorum militum sit petitus unquam:neq; fraude proditus cum utrūq; hostes sæpe tentassent.

IVSTINI HISTORICI LIBER XXXIII.

Inote qdé regꝝ motu romani macedonicū q̄ punicū bellū gesserūt:sed táto clarius q̄to
nobilitate macedōes pœnos antecesserūt:Ná cū gloria oriétis domiti & auxiliis oīum
regū iuuabant̄. Itaq; romani & legiōes plures:nūero cōscripserūt:& auxilia a Masinis-
sa rege numidaꝝ cæterisq; sociis oibus acciuerūt. Et Eūeni regi bithyniæ denūciatū
Macedonici belli apparatus — ut bellū summis uiribus iuuaret Perseo pter macedonicū exercitū iuictæ opiniōis de-
cénii belli sumptus a pře paratus i thesauris & i horreis erat:qbus rebus iflatus & obli
tus fortunæ paternæ ueteré Alexádri gloriá cōsiderare suos iubebat. Prima cōgressio eqtū fuit: q̄ ui-
ctor Perseus suspēsam oīum expectationé i fauoré sui traxit:misit tamé legatos ad cōsulé:q pacé pete
rét:quá patri suo Romani etiá uicto dedissent:ipensas belli lege uicti suscepturus. Sed cōsul Sulpitius
nō minus graues q̄ uicto leges dixit. Dū hæc agunt̄:metu tá periculosi belli romani æmyliū Paulum
cōsulem creant:eiq; extra ordinem Macedonicum bellum decernūt:qui cum ad exercitum uenisset:

non magnã morã pugnæ fecit. Pridiæ q̃ cõsererent bellũ luna nocte defecit: triste id ostentũ Perso omnibus presagientibus: finemq; macedonici regno portendi uaticinantibus In ea pugna. M. Cato Catonis oratoris filius dũ inter cõsertissimos hostes insigniter dimicat equo delapsus pedestre ꝑliũ aggreditur. Nam cadentem manipulus hostiũ eum horrido clamore uelut iacentẽ obtrũcaturus circũ steterat. At ille citius corpore collecto magnas strages edidit: cum ad unũ opprimẽdũ undecũq; hostes conuolarent: dum procerũ quendã petit: gladius ei e manu elapsus in mediam cohortem hostiũ decidit: ad quem recuperandum umbõne se protegens inspectante utroq; exercitu inter mucrones se hostiũ immerserit: recollectoq; gladio multis uulneribus exceptis ad socios cũ clamore omniũ reuertitur: huius audaciã cæteri imitati uictoriã peperere. Perseus rex fuga cũ decẽ milibus talentũ samo thraciã defert: quẽ Gneus Octauius ad persequendũ missus a cõsule cũ duobus filiis Alexandro & Philippo cepit: captũq; ad cõsulem duxit. Macedonia a Garano: qui primus in ea regnauit usq; ad Perseũ triginta reges habuit. Quoꝝ sub regno fuit quidem annis noningẽtis & uiginti tribus: sed rerum non nisi centum nonaginta duobus annis potita: Ita cũ in ditionẽ Romanoꝝ cessisset magistratibus per singulas ciuitates cõstitutis libera facta est: legesq; quibus adhuc utitur: a Paulo accepit. Aetolorum uniuersarum urbiũ senatus cum coniugibus & liberis qui dubia fide fuerant romam missus: ibiq; ne in patria aliquid nouaret diu detentus: ægreq; per multos annos legationibus ciuitatum senatu fatigato in patriam quisq; suam remissus est.

Aemilio paulo Macedonicum bellũ decernitur

Vincit per seus

Perseus cũ duobus filiis capitur

Noningentis. xx. tribus annis i macedonia regnatum

IVSTINI HISTORICI LIBER. XXXIIII.

p Oenis ac Macedonibus subactis ætolorũq; uiribus principũ captiuitate debilitatis soli adhuc ex græcia uniuersæ Achæi nimis potentes tũc tẽporis Romanis uidebantur: nõ ꝑpter singuloꝝ ciuitatũ nimias opes: sed ꝑpter cõspirationẽ uniuersoꝝ. Nãq; Achæi licet per ciuitates ueluti per mẽbra diuisi sint: unũ tamen corpus & unũ iperiũ habẽt singularũq; urbiũ pericula mutuis uiribus propulsat. Quærẽtibus igitur romanis causas belli tẽpestiui fortuna querelas Spartanoꝝ obtulit: quoꝝ agros Achæi ꝑpter mutuũ odiũ populabantur: spartanis a senatu responsum est: legatos se ad inspiciendas res socioꝝ & ad iniuriam demendam in græciam missuros: sed legatis occulte mãdata data sunt: ut corpus Achæorum dissoluerent, singulasq; urbes proprii iuris facerent: quo facilius ad obsequia cogerẽtur: & si quæ urbes contumaces essent frãgerẽtur. Igitur legati omniũ ciuitatũ principibus Corinthum euocatis decretum senatus recitant: quod cõsilii habeant: aperiunt expedire: omnibus dicũt: ut singulæ ciuitates leges suas & iura sua habeãt. Quod ut omnibus innotuit: uelut in furorem uersi uniuersoꝝ peregrinum populũ trucidãt: legatos quoq; ipsos romanorũ uiolassent: nisi audito tumultu trepidi fugissent. Hæc ubi romæ nunciata sunt: statim senatus Mumio cõsuli bellũ Achaicum decernit: qui ex templo exercitu deportato & omnibus strennue prouisis pugnandi copiam hostibus fecit: sed Achæi uelut nihil negocii romano bello suscepissent. Ita apud eos neglecta omnia & soluta fuere. Itaq; prædã non prælio cogitantes: & uehicula ad spolia hostiũ reportãda duxerũt: & cõiuges liberosq; suos ad spectãda certamina in mõtibus posuerũt. Sed prælio commisso ante oculos suoꝝ cæsi: lugubre his spectaculum sui & grauem luctus memoriã reliquerũt. Coniuges quoq; & liberi eoꝝ de spectatoribus captiui facti præda hostiũ fuere. Vrbs ipsa corĩthus diruitur: populus omnis sub corona uẽditur: ut hoc exemplo cæteris ciuitatibus metus nouaꝝ reꝝ imponeretur. Dum hæc aguntur rex syrie Antiochus Ptolemæo maiori sororis eius filio regi ægypti bellũ ĩfert: segni admodum & quotidiana luxuria ita marcido: ut non solũ regiæ maiestatis officia ĩtermitteret: ueꝝ etiam sensu hoĩs nimia sagina careret. Pulsus igitur regno ad fratrem minorẽ Ptolemæũ Alexãdriã cõfugit, pticipatoq; cũ eo regno romã legatos ad senatũ mittũt: auxilia petunt fidẽ societatis ĩplorant: mouetur senatũ preceps fratrum. Mittitur igitur legatus. P. Popilius ad Antiochum: qui abstinere eum ægypto aut si iã incessisset: excedere iuberet. Cũ ĩ ægypto eũ inuenisset: osculũq; ei rex obtulisset. (Nã coluerat inter cæteros. P. Popiliũ Antiochus cũ romæ obses eẽt) Tũc Popilius facessere interĩ priuatã amicitiã iubet: cũ mãdata patriæ interce dãt: prolatoq; senatus decreto & tradito cũ cunctari regẽ uideret: consultationẽq; ad amicos referre. Ibi Popilius uirga: quã ĩ manu gerebat amplo circulo ĩclusum: ut amicos caperet cõsulere iubet: nec prius ĩde exire q̃ responsum senatui daret: aut pacẽ: aut bellũ cũ Romanis habituꝝ. Adeoq; hæc asperitas aĩum regis fregit: ut parituꝝ se senatui respõderet. Reuersus ĩ regnũ Antiochus decedit: relicto paruulo admodũ filio: cui cũ tutores dati a populo essent: patruus eius Demetrius: qui obses romæ erat: cognita morte Antiochi fratris senatũ adiit: obsidẽq; se uiuo fratre uenisse: quo mortuo cuius obses sit se ignorare. Dimitti igitur se ad regnũ petẽdũ æquũ esse: quod sicuti iure gẽtium maiori fratri cessenit: ita nũc sibi q̃ pupillũ ætate ãtecedat deberi. Cũ se nõ dimitti animaduerteret a senatu tacito iudicio tutius apud pupillũ q̃ apud eũ regnũ futuꝝ arbitrãte, specie uenãdi ab urbe profectus: hostis tacitus: cũ fugæ comitibus nauẽ cõscẽdit. Delatus ĩ syriã secũdo fauore omniũ excipitur: regnũq; ei occiso pupillo a tutoribus traditur. Eodẽ tẽpore ferme Prusias rex bithyniæ cõsiliũ cepit ĩterficiẽdi Nico

Achaici belli origo

Mumius consul

Acheorũ audacia corĩthus euertitur

P. popilius

Antiochus circulo a popilio inclosus cogitur respondere

Demetrii a filio interficitur

medis filii:dum consulere studet minoribus filiis:quos ex nouerca eius susceperat:& romæ habebat.
Sed res adolescenti ab his:qui facinus susceperat:proditur:hortatiq; sunt:ut crudelitate patris prouo
catus occupet insidias:& in auctorem retorqueat scelus:nec difficilis persuasio fuit. Igitur cũ accitus
Prusias a filio interficitur in patris regnum uenisset:statim rex appellatur:Prusias regno spoliatus a filio priuatusq; redditur: eti
am a seruis deseritur:cum in latebris ageret:non minori scelere q̃ filiũ occidi iusserat a filio interficit.

IVSTINI HISTORICI LIBER XXXV.

Emetrius occupato Syriæ regno nouitatis suæ ociũ periculosum ratus ampliare fines
regni statuit:etiam opes augere finitimorũ bellis.Itaq; Ariatathi regi Cappadociæ pro
pter fastiditas sororis nuptias infestus fratrẽ eius Holofernẽ per iniuriã regno pulsum
supplicẽ recepit:Datũq; sibi honestum belli titulũ gratulatus eum restituere in regnũ
statuit.Sed Holofernes ingrato animo inita cũ Antiochensibus pactione offensis tũc
a Demetrio pellere ipsum regno a quo restituebatur:cõsiliũ accepit.Quo cognito De
metrius quidẽ uitæ eius ne Ariarathes metu fraterni belli liberaretur:pepercit.Ipsum autẽ cõprehen
sum uictũ seleuciæ custodiri iubet.Nec Antiochenses indicio territi a defectione destiterunt. Itaque
adiuuantibus & Ptolemæo rege ægypti & Attalo rege Asiæ & Ariarathe rege Cappadociæ bello a De
Prompalus metrio lacessiti subornant Prompalum quẽdã sortis extremæ iuuenẽ qui Syriæ uelut paternũ regnũ
armis reperteret:& ne quid cõtumeliæ deesset:nomẽ ei Alexandri inditur:genitusq; ab Antiocho re
ge dicitur:Tantũ odiũ Demetrii apud omnes erat:ut æmulo eius nõ uires regiæ tantũ:uerumetiã ge
Alexander qui antea prompalus neris nobilitas consensu oĩum tribueretur.Igitur Alexander admirabili uarietate rerũ pristinarũ sor
dium oblitus totius ferme orientis uiribus succinctus bellũ Demetrio infert:uictũq; uita pariter ac
regno spoliat quãquã demetrio nec animus in propulsando bello defuit.Nam & primo prælio hostẽ
fugauit:& regibus bellũ restituentibus multa milia cecidit in acie.Ad postremũ tamẽ inuicto animo
inter cõfertissimos hostes fortissime dimicans cecidit.Initio belli Demetrius duos filios apud hospi
tẽ suum Gnidium cũ magno auri pondere demãdauerat:ut & a belli periculis eximerent:& si ita sors
tulisset:ultioni paternæ seruarent. Ex his maior Demetrius annos pubertatis egressus audita Ale
xandri luxuria:quẽ insperatæ opes & alienæ felicitatis ornamenta uelut captiuũ inter scortorum gre
ges desidem in regia tenebant:auxiliantibus Cretensibus securũ ac nihil hostile metuentẽ aggreditur
Antiochẽses quoq; ueterẽ patris offensam nouis meritis correcturi se ei tradunt.sed & milites pater
ni fauore iuuenis accẽsi prioris sacramẽti religionẽ noui regis superbiæ præferentes signa ad Deme
Alexander interficitur trium transferunt:atq; ita Alexander non minori impetu fortunæ desertus q̃ elatus primo prælio ui
ctus ĩterficit:dedit q; pœnas & Demetrio:quẽ occiderat:& Antiocho cuius mentitus originẽ fuerat.

IVSTINI HISTORICI LIBER. XXXVI.

Ecuperato paterno regno Demetrius & ipse rerũ successu corruptus uitiis adolescen
tiæ in segnitiẽ labitur:tantumq; contemptũ apud omnes inertiæ quantũ odiũ ex sup
bia pater habuerat:contraxit.Itaq; cum ab imperio eius passim ciuitates deficerẽt:ad
abolendam segnitiæ maculam bellum parthis inferre statuit:cuius aduentum nõ ĩui
Arsacides parthorum rex ti orientis populi uidere:& ꝓpter Arsacidæ regis Parthorũ crudelitatẽ:& q͂ ueteri ma
cedonũ imperio noui populi assueti superbiam indigne ferebant.Itaq; cũ & persarũ &
Elimæorũ Bactrianorũq; auxiliis iuuarent:multis præliis Parthos fudit.Ad postremũ tamẽ pacis si
mulatiõe deceptus capitur:traductusq; p ora ciuitatũ populis qui desciuerant:in ludibriũ fauoris ostẽ
ditur.Missus deinde in hyrcaniã benigne & iuxta cultũ pristinæ fortunæ habet. Dum hæc aguntur
interim in syria Trifo qui se tutorem Antiocho Demetrii priuigni substitui a populo laborauerat:oc
Capitur a parthis demetrius ciso pupillo regnum Syriæ inuadit.Quo diu potitus tandem exolescẽte fauore recẽtis imperii:ab An
tiocho puero admodũ demetrii fratre qui in asia educabat:bello uincitur:rursusq; regnum syriæ ad
sobolem demetrii reuertitur.Igitur Antiochus memor q͂ etiam pater propter superbiã inuisus & fra
ter propter segnitiem cõtemptus fuisset:ne in eadem uitia ĩcideret:accepta in matrimoniũ Cleopatra
uxore fratris ciuitates:quæ initio fraterni ĩperii defecerãt:summa industria persequit: domitasq; rur
sus regni terminis adiecit.Iudæos quoq; q͂ in macedonico ĩperio sub demetrio patre armis se in liber
tatẽ uendicauerant.subigit:Quorum uires tantæ fuere:ut post hunc nullũ Macedonũ regẽ tulerint:
Iudæi ab Antiodro subiguntur domesticisq; imperiis usi syriã magnis bellis infestauerint.Fuit nãq; iudæis origo damascena quæ sy
riæ nobilissima ciuitas est:unde & a syriis regibus genus ex regina Semyramide fuit:nomen urbi a da
masco rege inditum:in cuius honore syrii sepulchrũ Ariathis uxoris eius pro templo coluere: deam
q; exinde sanctissimæ religionis habent.Post damascũ Habraam:Moses:Israel reges fuere. Sed israhe
lem felix decem filiorum prouentus maioribus suis clariorem fecit.Itaq; populũ in decem regna diui
sum filiis tradidit:omnesq; ex nomine iudæ:qui post diuisiõem decesserat: iudæos appellauit:coliq;

eius memoriam ab omnibus iussit.Eius portio omnibus accesserat:minimusq; inter fratres ætate Ioseph fuit:cuius excellens ingenium ueriti fratres clam interceptum peregrinis mercatoribus uendiderunt:A quibus deportatur in ægyptum cum magicas ibi artes solerti ingenio pcepisset:breui ipsi regi percarus fuit.Nam & prodigiorum sagacissimus erat:& somniorum primus intelligentiam condidit nihilq; diuini iuris humaniq; ei incognitum uidebatur. Adeo ut etiam sterilitatem agrorũ ante multos annos ꝓuiderit:perissetq; omnis ægyptus fame nisi monitu eius rex edicto seruari per multos annos fruges iussisset. Tãtaq; experimẽta eius fuerunt:ut nõ ab homine sed a deo responsa dari uiderentur:Filius eius Moses fuit:quem etiam præter paternæ scientiæ hereditatem formæ pulchritudo cõmẽdabat:Sed cum scabiem ægyptii:& pruriginẽ paterent:responso moniti eum cum ægris:ne pestis ad plures serperet:terminis ægypti pellũt.Dux igitur exulũ factus sacra ægyptiorũ furto abstulit quæ repetentes armis ægyptii domum redire tempestatibus compulsi sunt.Itaq; Moses damascena patria antiqua repetita montẽ synæum occupat:in quo septem dierum ieiunio per desertam arabiæ cũ populo suo fatigatus:cum tandem uenisset septimum dierum more gentis sabbatum appellatum in omne æuũ ieiunio sacrauit.Quoniam ille dies famem illis erroremq; finierat.Et quoniam metu contagionis pulsos se ab ægypto meminerant ne eadem causa inuisi apud incolas forent:cauerunt: ne cum peregrinis communicarent:quod ex causa factum paulatim in disciplinam religionemq; conuertit.

Iudæotum uetustas

Atẽ. q̃ in multis trogus decipiatur

Post Mosem etiam eius filius Aruas sacerdos sacris ægyptus mox rex creat.Semperq; exinde hic mos apud iudæos fuit:ut eosdem & reges & sacerdotes haberẽt:quorũ iustitia religione pmixta ĩcredibile q̃tũ coaluere opes genti & uectigalibus opobalsami creuere:quod in his tãtũ relegionibus gignitur Est nanq; ualis quæ continuis montibus uelut muro quodam cincta ad instar castrorum clauditur:spacium loci ducenta milia iugera nomine hietico dicitur:in ea ualle silua est & ubertate & amœnitate in signis.Siquidem palmẽto & opobalsamo distinguitur:& arbores opobalsami formam similem pyceis arboribus habẽt:nisi q; sunt humiles magis:& in uinearum more excoluntur.Hæc certo tempore anni balsamum sudant:sed non minor loci eius opacitatis q̃ ubertatis admiratio est. Quippe cum toto orbe regionis eius ardentissimus sol sit:ibi tepida aeris naturalis quædam ac perpetua opacitas inest.In ea regiõe latus est:qui propter magnitudinem & aquæ immobilitatem mortuum mare dicitur.Nam neq; uentis mouetur resistente turbinibus bitumine:quo aqua omnis stagnatur.Neq; nauigationis patiẽs:est quoniã oĩa uita carentia in ꝓfundũ mergunt:nec materiã ullam sustinet: nisi quæ a lumine illustratur:Primus Xerxes rex persarũ iudæos domuit.Postea cũ ipsis persis in ditionẽ Alexãdri magni uenere:diuq; in potestatem macedonici imperii fuere.A Demetrio cũ desciuissent: amicitia romanorũ petita primi omniũ ex orientalibus libertatẽ receperũt:facile tũc romanis de alieno largientibus.

Et in hoc quoq; falle res trogæ

Vbi balsamum nascatur

Diuersa ferme pliniuſ & alii de lacus nam

Per eadem tẽpora:quibus in syria regni mutatio inter nouos reges alternabatur:in asia rex Attalus florentissimũ & ab Eumene patruo acceptum regnum cædibus amicorum & cognatorum suppliciis fœdabat:nunc matrem anũ:nunc Byronicem sponsam maleficiis eorũ necatas confingens. Post hanc scelestam uiolentiæ rabiem squallidam uestem sumit:barbam capilluq; in modũ reorum summittit:nõ in publicũ prodire:nõ populo se ostendere:nõ domi lætiora cõuiuia inire:aut aliquod signum sani hoĩs habere:prorsus ut pœnas pendere manibus interfectorũ uideretur.Omissa deinde regni administratione hortos fodiebat:gramina seminabat:& noxia innoxiis permiscebat:eaq; omnia ueneni succo ĩfecta uelut peculiare munus amicis mittebat:ab hoc studio ærariæ artis fabricæ se tradidit:cæterisq; fingẽdis & ære fundendo procudendoq; oblectatur:matri deinde sepulchrũ facere instituit:cui operi intentus morbum ex solis ardore contraxit:& septima die decessit. huius testamẽto hæres populus romanus tunc instituitur.

Atẽ. Iuctũ

Atẽ. attali studium

Sed erat ex Eumene Aristonicus nõ iusto matrimonio sed ex pellice Ephesia Citharistæ cuiusdam filia genitus:qui post mortẽ Attali uelut paternũ regnũ inuasit asiam.Cũ multa secũda prælia aduersus ciuitates quæ metu romanorum se tradere ei nolebant: fecisset iustus rex iam uideret:Asia Licinio Crasso consuli decernitur:qui intentior Attalicæ prædæ q̃ bello cũ extremo anni tempore inordinata acie prælium conseruisset:uictus pœnas inconsultæ auaritiæ sanguine dedit.In huius locum missus Perpenna consul prima congressione Aristonicum superatum in potestatem suam redegit:Attalicasq; gazas hæreditarias populi romani nauibus impositas Romam deportauit.Quod ægre ferens successor eius Marcus Aquilius consul ad eripiendũ Aristonicum Perpennæ ueluti sui potius triumphi munus esse deberet:festinata uelocitate contendit. Sed contentionem consulum mors Perpennæ diremit.Sic asia facta Romanorum cum opibus suis uitia quoq; Romam transmisit.

Licinius crassus in asia occiditur

Perpenna

IVSTINI HISTORICI LIBER. XXXVII.

Apto Aristonico massilienses pro Phocensibus conditoribus suis:quorum urbem senatus & omne nomen:& quod & tunc & ante Antiochi bello infesta contra populum romanũ arma tulerant:deleri iusserat:legatos Romã misere deprecantes:ueniãq; iis a senatu obtinere.Post hæc regibus qui aduersus Aristonicũ auxilia tulerãt:premia pso

c

Massilienſium gratia apud ro.

luta Mithridati pontico Syria minor:filiis Ariarathis regis cappadociæ qui eodem bello ceciderat ly
caonia & cilicia datæ:fideliorq; populus romanus in socii filior q̃ mater in liberos fuit. Quippe huic
paruulo auctũ regnũ:inde uita adempta. Náq; Laodice ex numero sex filiorum : quos uirilis sexus ex
Ariarathe rege susceperat:timens ne diutina regni administratione adultis quibusdá potiref : quinq;
parricidiali ueneno necauit;unũ paruulũ sceleri matris cognatoȝ custodia eripuit qui post necẽ Lao
dices(ná propter crudelitatẽ eam populus extinxerat) solus regno potitus ẽ. Mithridates quoq; repẽ

Atť. laodices scelus in auditũ

tina morte interceptus filiũ qui & ipse Mithridates dictus est:reliquit:cuius ea postea magnitudo fuit
ut non sui tantũ temporis;uerũ etiá superiotis ætatis oẽs reges maiestate superauerit;bellaq; cũ roma
nis per.xlvi.annos uaria uictoria gesserit. Cũ cũ summi íperatores Sylla Lucullus cæteriq; in summa
Gneus Pompeius ita uicerunt:ut maior clariorq; resurgeret instaurãdo prælio.dánisq; suis terribilior
redderef. Deniq; ad postremũ nõ ui hostili uictus:sed uoluntaria morte í auito regno senex hærede fi
lio decessit:huius futuram magnitudinẽ etiá cælestia ostenta prædixerant; Ná & quo genitus ẽ anno
& eo qđ regnare primũ cœpit:stella cometes per utrũq; tẽpus septuaginta diebus ita luxit : ut cælum
omne cõflagrare uideref. Ná & magnitudinẽ sui quartá partẽ cæli:occupauerat:& fulgore sui solis ni

Prodigiũ í ortu mitridatis

torẽ uicerat:& cũ orireť:occũberetq; quattuor spaciũ horarũ cõsumebat. Puer tutoȝ insidias passus
est;qui eũ fero equo ípositũ eqtare iaculariq; cogebát;q conatus cũ eos fefellissent;supra ætatẽ regẽte
equũ Mithridate ueneno eũ appetiuere; Quod metuẽs anndota sæpius bibit & ita se aduersus ísidias
exqsitionibus remedus stagnauit:ut ne uolẽs quidẽ senex ueneno mori potuerit. Timẽs deinde oe ioi
mici quod ueneno nõ potuerát:ferro pagerent;uenádi studiũ finxit:qua ꝑpter quattuor annos neq;
urbis neq; ruris tecto usus est;sed per siluas uagatus est;& diuersis mõõũ regionibus pnoctabat. igna
ris oibus qbus esset locis:assuetus feras cursu aut fugere aut ꝑsequi:cũ qbusdá etiá uiribus cõgredi;q
bus rebus & insidias uitauit:& corpus ad omnẽ uirtutis patiẽtiá durauit. Ad regni deinde administra

Atť. Mitridatis studium

tionẽ cũ accessisset:statim nõ de regẽdo sed de augẽdo regno cogitauit. Itaq; scythas inuictos antea q
Sopyriona Alexádri magni ducẽ cũ triginta milibus armatoȝ deleuerát;q Cyrũ psaȝ regẽ cũ ducen
tis milibus armatoȝ trucidauerát;q Philippũ macedonũ regẽ fugauerát;ingẽti felicitate perdomuit.
Auctus igiť uiribus pontũ quoq; ac deinceps Cappadociá occupauit:cũ de asia tractaret : eũ qbusdá

Scytharũ uictoriæ

amicis tacitus a regno ꝑfectus nemine sciente puagatas ẽ:omniũq; urbiũq; situs:ac regiones cogno
uit. Inde Bithyniá tráscendit:& quasi iam dominus Asiæ opportunæ quæq; uictoriæ suæ metatus est
Post hæc in regnũ cũ iá perisse crederet;reuersus est;inuẽto paruulo filio quẽ per absentiá eius Lao
dice soror uxorq; enixa fuerat;sed inter gratulationem post longam pegrinationẽ aduentus sui:& filii
geniti ueneno piclitatus ẽ. Siqdẽ Laodice soror eũ ꝑisse eũ crederet í cõcubitus amicoȝ ꝓiecta q̃si ad
missum facinus maiore scelere tegere posset;uenenũ aduenienti parauit. Quod cũ ex ancilla Mithri
dates cognouisset:facinus in auctores uindicauit. Hyeme deinde íminẽte nõ in cõuiuio sed in campo
nõ in uacationibus sed in exercitationibus:nec íter sodales sed íter æquales aut equo aut cursu aut ui
ribus cõtendebat. Exercitũ quoq; suũ ad parem laboris patientiá quottidiana exercitatione durabat:
atq; ita inuitus ipse inexpugnabilẽ exercitũ fecerat. Inita deinde a Nicomede societate Paflagoniá in

Mitridates paphlagoniá & cappadociam occupat

uadit;uictáq; cũ socio diuidit:quá cũ teneri a regibus senatui nunciatũ esset;legatos ad utrũq; misit:
qui gentẽ restitui in pristinũ statũ iuberent. Mithridates cũ se parẽ iá magnitudini romanoȝ crede
ret;superbo responso hæreditatiũ patri suo regnũ obuenisse respondit:mirariq; se quæ ei cõtrouersia
relata nõ fuerit:sibi referant. Nec territus minis Galatiá quoq; occupat. Nicomedes quoniam se tue
ri iure non poterat;iusto regi redditurum respondit. Atq; ita filium suũ mutato nomine Philomenẽ
Paflagonum regum nomine appellat;& quasi stirpi regiæ reddidisset;regnum falso nomine ne tenet.
Sic ludibrio habiti legati Romam reuertuntur.

IVSTINI HISTORICI LIBER. XXXVIII.

m

Ith ri dates Parricidia nece uxoris auspicatus sororis alterius Laodices filios cuius uiȝ
Ariarathá regẽ Cappadociæ per Gordiũ insidiis occiderat;tollendos statuit:nihil actũ
morte patris existimans si adolescens paternũ regnõ cuius ille cupiditate flagrabat oc
cupasset. Igitur dum in his occupationibus uesatur íterim Nicomedes rex Bythiniæ
uacuá morte regis cappadociá inuadit. Quod cũ nũciatũ Mithridati fuisset; per simu
lationẽ pietatis auxilia sorori ad pelleodũ cappadocia nicomedẽ mittit. Sed iá Laodi

Atť. mitridatis parricidia

ce per pactionẽ se nicomedi í matrimoniũ tradiderat. Quod ægre ferẽs Mithtidates ꝑsidia nicome
dis cappadocia expellit:regnũq; sororis filio restituit;egregiũ ꝓrsus factũ nisi subsecuta fraus esset: Si
qdẽ íteriectis diebus simular se Gordiũ:quo ministro usus í Ariarathe interficiẽdo fuerat : restituere
í patriá uelle:sperás si obsisteret adolescẽs;causas belli futuras:aut si pmitteret ꝑ eũdẽ filiũ tolli posse
ꝑ quẽ íterfecerat patrẽ. Quod ubi Ariarathes iunior moliri cognouit:ídigne ferẽs interfectorẽ patris
ꝑ auũculũ potissime ab exilio reuocari;ígẽtẽ exercitũ cõtrahit. Igiť cũ í aciẽ eduxisset Mithridates pe
ditũ octoginta milia eqtũ decẽ milia currus falcatos donec Ariarathi auxiliantibus finitimis regibus

minores copiæ essent:incertum belli timens consilia ad insidias transfert:sollicitatoq; iuuene ad col-
loquiũ cũ ferrũ occultatũ ĩter fasces gereret scrutatori:ab Ariarathe regio more misso curiosius imũ
uentrẽ ꝑtrectãti ait:caueret ne aliud telũ inueniret:q̃ qreret:atq; ita risu ꝓtectis insidiis se euocatũ ab
amicis uelut in secretũ sermonẽ spectante utroq; exercitu interficit:regnũ cappadociæ octo annorũ
filio imposito Ariarathis noĩe additoq; ei rectore Gordio tradit. Sed cappadoces crudelitate ac libidi
ne præfatoꝝ uexati a Mithridate desciũt:fratrẽq; regis:& ipsum Ariarathẽ noĩe ab asia ubi educaba
tur reuocãt:cũ quo Mithridates ꝓliũ renouat:uictũq; cappadociæ regno expellit. Nec multo post ex
ægritudine adolescẽs collecta infirmitate decedit. Post huius mortẽ Nicomedes timẽs:ne Mithrida- Laodices
tes accessione cappadociæ etiam bithyniã finitimã inuaderet:subornat pueꝝ eximiæ pulchritudinis testimoniũ
quasi Ariarathes tres nõ duos filios genuisset:q a senatu romano paternũ regnũ peteret. Vxorẽ quo-
q; Laodicẽ romã mittit ad testimoniũ triũ ex Ariarathe susceptoꝝ filioꝝ:quod ubi Mithridates co-
gnouit:& ipse pari impudẽtia Gordiũ Romã mittit:q senatui assereret pueꝝ cui cappadociæ regnũ
tradiderat:ex eo Ariarathe genitũ:q bello aristonico auxilia romanis ferens cecidisset:sed senatus stu
dia regũ ĩtelligẽs aliena regna falsis noĩbus dare:noluit:& Mithridati cappadociã & nicomedi ad sola
tiũ eius Paflagoniã ademit.ac ne cõtumelia regũ foret adẽptũ illis:quod aliis daref:uterq; populus li- Paphlago-
bertate donatus est. Sed cappadoces munus libertatis abnuẽtes negãt uiuere gentẽ sine rege posse. At nes & cap-
q; ita rex illis a senatu Ariobarzanes cõstituif. Erat eo tp̃e Tigranes rex armeniæ obses a parthis ante padoces a
riõ multũ tẽpus datus:nec olim ab iisdẽ in regnũ paternũ remissus. Hũc Mithridates ad societatẽ Ro romanis li-
mani belli quod olim meditabanf:plicere cupiebat.nihil igif de offensa romanoꝝ sentientẽ ꝑ Gordi bertate do
um ĩpellit:ut Ariobarzãi segni admodũ bellũ ĩferat:& nequis dolus subesse uideref:filiã Cleopatrã ei natur
in matrimoniũ tradidit. Primo ergo aduẽtu Tigranis Ariobarzanes sublatis rebus suis Romã cõten
dit. Atq; ita per Tigranẽ rursus cappadocia iuris esse Mithridatis cœpit. Eodẽ tempore mortuo Nico
mede etiã filius eius & ipse nicomedes regno a Mithridate pellif:qui cũ supplex Romã uenisset:decer
nitur in senatu:ut uterq; in regnũ suũ restituaf:in qđ tamẽ missi Aquilius Malius & Malthinius lega
ti. His cognitis Mithridates societatẽ cũ Tigrane bellũ aduersus Romanos gesturus iũgit:pactiq; in- Origõ mi-
ter se sunt:ut urbes agriq; Mitridati:hoĩes uero & quæcũq; auferre possent. Tigrani cederẽt. Post hæc tridatici
Mithridates ĩtelligẽs q̃tũ bellũ suscitaret:legatos ad Cimbros alios ad Gallogræcos:& Sarmatas Ba- belli
starnasq; auxiliũ petitũ mittit.nã oẽs has gẽtes cũ romanũ meditaref bellũ uariis beneficioꝝ muneri
bus iã ante illexerat. A scythia quoq; exercitũ uenire iubet:oẽmq; oriẽtẽ aduersus romanos armat.nõ
igif magno labore Aquiliũ & Malthiniũ asiano exercitu instructos uicit:qbus simul cum nicomede
pulsis ĩgẽti fauore ciuitatũ excipif multũ ibi auri argẽtiq; studio ueteꝝ regũ magnũq; belli apparatũ
inuenit:qbus ĩstructus debita ciuitatibus publica & priuata remittit.& uacationẽ qnquẽnio cõcedit.
Tũc ad cõcionẽ milites uocat:eosq; uariis exhortationibus ad Romana bella siue asiana incitat. Quã
orationẽ dignũ duxi eius exẽplũ breuitati huius operis inserere:quã obliquã põpeius Trogus exposu
it:quoniã in Liuio & Salustio reprehẽdit:qđ cõciões directas ꝓ sua oratione opi suo ĩserẽdo historiæ Atf.qđ tro
modũ excesserint. Optãdũ sibi fuisse ait:ut de eo liceret cõsulere:bellũ ne sit cũ Romanis an pax habẽ gus in liuio
da:qn uero sit resistẽdũ ĩpugnãtibus:nec eos qdẽ dubitare q spe uictoriæ careant. Quippe aduersus & salustio
latrones si nequeãt ꝓ salute:ꝓ ultiõe tamẽ sua oẽs ferrũ stringere. Cæterũq; nõ id agif:an liceat qesce- reprehẽde-
re:nõ tãtũ aĩo hostiliter sed etiã ꝓlio cõgressis cõsulere:q̃ ratione ac spe cœpta bella sustineant esse ta- rit
men sibi uictoriæ fiduciã:si sit illis aĩus. Romanosq; uinci posse cognitũ non sibi magis q̃ ipsis militi-
bus:q & in bithynia Aqliũ:& Malthyniũ ĩ cappadocia fuderit:at si qdẽ aliena magis exẽpla q̃ sua expi
mẽta moueãt:audire se a Pyrrho rege epiri nõ amplius q̃ qnq; milibus macedonũ instructo fusos tri-
bus ꝓliis romanos:Audire Annibalẽ sedecim annos italiæ uictorẽ ĩmuratũ:& qn ipam caperet urbẽ:
nõ Romanoꝝ illi uires obstitisse:sed domesticæ æmulatiõis atq; inuidiæ studiũ. Audire populos trã
salpinæ galliæ italiã ingressos maximis eã plurimisq; urbibus possidere & latius aliquãto solũ finiũ:q̃
in asiã:quæ dicaf ĩ bellis eosdẽ gallos occupasse:nec uictã solũ dici Romã a gallis sed etiã captã: ita ut
unius illis mõtis tãtũ cacumẽ relinqueref:nec bello hostẽ sed ꝑcio remotũ:Galloꝝ aũt nomẽ: quod
semꝑ Romanos terruit:ĩ ptẽ uiriũ suaꝝ ipse habeat.nã hos q asiã incolũt:gallos ab illis:q italiã occu
pauerãt:sedibus tãtũ distare:originẽ qdẽ ac uirtutẽ genusq; pugnæ:idẽ habere:tantoq; his sagaciora:
esse ĩgenia q̃ illis q̃to longiori ac difficiliori spacio ꝑ illyricũ thraciãq; ꝓdierũt pene operosius transitis
illoꝝ finibus q̃ ubi cõsedere possessis. Iã ipam italiã audire se nũq̃ ut Roma condita sit satis illi pacatã
sed assiduæ ꝑ oẽs annos ꝓ libertate alios cõtra quosdã et ꝓ iure ipii bellis cõtinuis ꝑseuerasse: quot a
multis ciuitatibus italiæ deletos romanoꝝ exercitus ferri a qbusdã nouo cõtumeliæ more sub iugũ
missos:ac ne ueteribus ĩmoremur exẽplis hoc ipso tp̃e uniuersam italiã bello marsico cõsurrexisse nõ Bellũ mar-
iã libertatẽ sed cõsortiũ ipii ciuitatisq; poscẽtẽ.nec grauius uicino italiæ bello q̃ domesticis principũ sicum
factiõibus urbẽ ꝑmi:multoq; piculosius accessisse italico ciuile bellũ:simul & a germania cimbros ĩ-
mẽsam illã feroꝝ atq; ĩmitiũ populoꝝ more ꝓcellæ inundasse italiã:quoꝝ tã & si singula bella susti-
nere romani possent:uniuersis tamẽ obruanf:ut ne uacaturos qdẽ bello suo putẽt. Vtẽdũ igif occa-
siõe & rapiẽda ĩcremẽta uiriũ:ne si illis occupatis qeuerint:mox aduersus uacuos & qetos maius ne-

gocium habeant.Non enim quæritur an capiēda sint arma:sed utrum sua potius occasione an illoꝝ.
bellū eqdē iā tūc secū ab illis geri cœptū:cū sibi pupillo maiorē Phrygiā ademerint:quā patri suo præ
miū dati aduersum Aristonicū auxilii cōcesserāt:geteꝙ quā & pro auo suo Mithridati Seleucus Calli
machus in dotē dedisset.Quid cū Paphlagonia se decedere iusserūt:nō alteꝝ illud genus belli fuisse?
quæ nō ui nō armis sed adoptionē testamēti & regū domesticoꝝ interitu hæreditaria patri suo obue
nisset:cū īter hāc decretoꝝ amaritudinē parēdo nō tamē eos mitigarēt:qn acerbius se in dies gerant
nō obtinuisse:quod cui a se nō ꝓbitū illis obsequiū nō phrygiā Paphlagoniāq; dimissas. nō cappado
ciā filiū eductū quā iure gentiū uictor occupauerat.Rapta tamē sibi esse uictoriā eius ab illis quorū
nihil est nisi bello quæsitū nō regē bithyniæ Crestō in quē senatus arma decreuerat:a se in gratiā illo
rū occisum.tamē nihilominus īputari sibi siqua Gordius aut Tigranes faciat:libertatē etiā in contu
meliā sui a senatu ultro delatā cappadociæ q̃ reliqs gētibus abstulerunt:deinde ꝑpulo Cappadocū
pro libertate oblata Gordiū regē orantē ideo tanq̃ amicus suus esset nō obtinuisse Nicomedē præce
pto illoꝝ bellū sibi intulisse:qa inultus ierit Mithridates.ab ipsis uentū obuiā:& nūc eā secū bellandi
causam illis fore:q nōni pune se Nicomedi laceradū Saltatricis filio ꝓbuerit.Quippe nō delicta regū
illos sed uires ac maiestatē insequi.neq; in se uno sed in aliis quoqꝫ oībus hac semp arte grassatos:sic &
auum suū Pharnacē ꝑ cognitionū arbitria succidaneū regi Pergameno Eumeni datū: sic rursus Eu
menē:cuius classibus primū in asia fuere trāsuecti:cuius exercitu magis q̃ suo & magnū Antiochū &
gallos in asia & mox in macedonia regē Persem domuerant:& ipsum pro hoste habitum eiqꝫ interdi
ctum italia:& quod cum ipso deforme sibi putauerāt:cum filio eius Aristonico bellū gessisse: nullius
Atť.q̃ one- apud eos maiora q̃ masinissæ regis Numidarū haberi merita Hinc imputari uictum Annibalē:hinc
ret roma- captum Syphacem:hinc Carthaginem deletam:hinc inter duos illos africanos tertium seruatorē ur
nos inuidia bis referri:tamen cum huius nepote bellum modo in africa gestum adeo inexpiabile ut ne uictū qdē
memoriæ patris donarent:quin carcerē ac triumphi spectaculū experiretur.Hāc illos oībus regibus
regē odioꝝ dixisse:scilicet quia ipsi tales reges habuerint.quoꝝ etia noībus erubescant : aut pastores
aboriginum aut aruspices sabinoꝝ:aut exules corynthioꝝ:aut seruos uernasq; Thuscoꝝ ; aut & qđ
honoratissimū nomē fuit inter hos superbos:atq; ut ipsi ferunt cōditores suos lupæ uberibus alitos:
sic oēm illū populū lupoꝝ animos habere inexplebiles sanguinis atq; imperii diuitiarūq; auidos ac ie
iunos.Se autē seu nobilitate illis cōparet:clariorem illa colluuie cōuenaꝝ esse:qui paternos maiores
suos a Cyro Darioq; cōditoribus ꝑsici regni maternos a magno Alexandro ac Nicanore Seleuco cōdi
toribus īperii Macedonici referat:seu populis eoꝝ cōferat suos:eaꝝ se gētiū esse:quæ nō modo roma
no īperio sint pares;sed macedonico quoq; obstiterint Nullā subiectura sibi gētiū exptā peregrina im
peria:nullis unq̃ nisi domesticis regibus paruisse. Cappadociā uelint an Paphlagoniā recensere : rur
Quæ gen- sus pontum an bithyniā:itēq; Armeniā maiorē minorēq;:quaꝝ gentiū nullā neq; Alexander ille qui
tes ad alex. totam pacauit asiam:nec quisquā successoꝝ eius aut posteroꝝ attigisset.Scythiā duos unquā ante se
in tacitæ in reges nō pacare:sed tantū intrare ausos Dariū & Philippū:ægre inde fugā sibi expedisse:unde ipse ma
asia gnā partem aduersus romanos uiriū haberet:multoq; se timidius ac diffidentius bella pontica ingres
sum:cum ipse rudis ac tyro esset scythiæ præter arma uirtutēq; animi:locoꝝ quoq; solitudinibus uel
frigoribus instructæ:per quæ denunciaretur ingens militiæ labor ac periculum inter quas difficulta
tes nec spes qdem premii foret ex hoste uago:nec tantum pecuniæ sed etiam sedis inopiæ:nunc se di
uersam belli conditionem ingredi.Nam neq; cælo Asiæ esse temperātius aliud:nec solo fertilius: nec
urbium multitudine amœnius.magnamq; temporis partem non ut militiam sed ut festum diē actu
ros.bello dubium facili magis an uberi si modo:aut proximas regni attalici opes aut ueteres lydiæ io
niæq; audierit:quas non expugnatum eant sed possessum:tātumq; auida asia ut etiam uocibus uocer
adeo illis odiū Romanoꝝ incussit rapacitas proconsulum exactio publicanorum:calumniæ litium.
Sequantur se modo fortiter & colligant:quid se duce possit efficere tantus exercitus:quem sine cuius
qua militum auxilio sua & unius opera uiderint Cappadociam cæso rege cepisse:qui solus mortaliū
pontum omnem scythiamq; pacauit:quā nemo ante transire tuto atq; adire potuerit.Nanq; iusticiæ
atq; libertatis suæ ne ipsos milites quin experiantur testes effugere & illa iudicia habere quod solus re
gum omnium non paterna solum uerumetiam externa regna hæreditatibus propter munificentiam
Peroratio acquisitam possideat colchos:Paphlagoniam:Bosphorū.Sic excitatis militibus post annos.xxiii.sum
pti regni in romana bella descendit:Atq; in ægypto mortuo rege Ptolemæo ei qui Cyreneis regna
bat Ptolemæo:ꝑ legatos regnū & uxor Cleopatra regina soror ipsius defertur. Lætus igitur hoc solo
Ptolomæus:q sine certamine fraternum regnum recepisset : q subornati & a matre Cleopatra & fa
uore principum fratris filium cognouerat:cæterum infestus omnibus statim ubi alexandriam igres
sus est:fautores pueri trucidari iussit:ipsum quoq; die nuptiarum ;quibus matrem eius in matrimo
Atť, ptole- niū recipiebat:inter apparatus epularum & solennia religionum in complexu matris īterficit : atque
mæi scelus ita torum sororis cæde filii eius cruentus ascendit.Post quod non minor in populares:qui eum in re
gnum uocauerant fuit.Siquidem peregrinis militibus licentia cædis data:omnia sanguine quotidie
manabant : ipsamq; sororem filia eius uirgine per uim stuprata & in matrimonium ascita repudiat:

quibus rebus territus populus in diuersa labitur: patriamq; metu mortis exul relinquit. Solus igitur in tanta urbe cum suis relictus Ptolemæus: cum regem se non hominum sed uacuarum ædium uideret. edicto peregrinos sollicitat quibus confluentibus obuius legatis romanorum Scipioni africano & Spurio Mũmio: &. L. Metello: qui ad inspicienda sociorum regna ueniebant: procedit: sed q̃ cruentus ciuibus omnibus tam ridiculus romanis fuit.

Ro. legati ad ptolemæum

Erat enim & uultu deformis & statura breuis & sagina uentris non homini sed belluæ similis: quã fœditatem nimia subtilitas & perlucida uestis augebat: prorsus quasi astu inspicienda præberentur: quæ omni studio occultanda pudibundo uiro erant Post discessum deinde legatorum: quorum africanus dum aspicit urbem spectarulo Alexandrinis fuit. Ptolemæus iam etiam populo peregrino inuisus cum filio: quem ex sorore susceperat & cum uxore matris pellice metu insidiarum tacitus in exilium proficiscitur: contracto mercenario exercitu bellum sorori pariter ac patriæ infert. Accersitum maximum deinde a cyrenis filium ne eum alexandrinis contra se regem crearent: interficit. Tunc populus statuas & imagines eius detrahit. Quod factũ studio sororis existimans: filium quem ex sua susceperat: interficit: corpusq; in membra diuisum & in cista imposita matri die natali eius inter epulas afferri curat.

Atr. ptolemæi parricidia

Quæ res non reginæ tantum uerumetiã uniuersæ ciuitati acerba & luctuosa fuit tantumq; mœrorẽ festiuissimo conuiuio intulit: ut regia omnis repentino luctu incenderetur. Verso igitur studio principum ab epulis in exequias membra lacerata populo ostendunt: & quid sperare de rege suo debeant: filii cæde demonstrant. Finito luctu orbitatis Cleopatra cum urgeri se fraterno bello uideret. auxilium a Demetrio petit Syriæ rege per legatos eius: cuius ipsi uarii & memorabiles casus fuere: nãq; Demetrius: ut supra dictum est: cum bellum parthis intulisset. & multis congressionibus uictor fuisset: repente circũuentus insidiis amisso exercitu capitur. Cui Arsacides parthorum rex magno & regio animo misso in hyrcania non cultum tantũ regnum præstitit: sed & filiam in matrimoniũ dedit. Regnumq; Syriæ quod per absentiam eius Trypho occupauerat: restituturum promittit. Post huius mortem desperato reditu non ferens captiuitatem Demetrius priuatam & si opulentam uitam pertæsus tacitus in regnum fugam meditatus hortator illi ac comes Calimander amicus erat: qui post captiuitatem eius a Syria per Arabiæ deserta ducibus pecunia comparatis partico habitu babyloniam peruenerat. Sed fugientem Phrahatres qui Arsacidæ successerat: equitum celeritate per compendiosos tramites occupatum retrahit.

Varii Demetrii casus

Vt est deductus ad regem Calimandro quidem non tantum uenia uerumetiam premium fidei datum. Demetrium autem & grauiter castigatum ad coniugem in Hyrcaniam remittit: & arctioribus custodibus obseruari iubet. Interiecto deinde tempore cum finem illi etiam suscepti liberi facerent: eodem amico comite repetita fuga est: sed pari infelicitate prope fines regni sui reprehenditur: ac denuo perductus ad regem ut inuisus a conspectu summouetur. Tunc quoq; uxori ĩ liberis donatus ĩ hyrcaniam pœnalem sibi ciuitatem donatam remittitur: talisq; aureis ad exprobrationem puerilis leuitatis donatur sed hanc tam parthorum mitem in Demetrium clæmentiam non misericordia gentis nec respectu cognationis faciebat: sed quod syriæ regnum affectabant usun Demetrio aduersus Antiochum fratrem: prout res uel tempus uel fotruna belli exegisset. His auditis Antiochus occupandum bellum ratus exercitum: quem multis finitimorum bellis indurauerat: aduersus Parthos ducit: sed luxuriæ nõ minor apparatus q̃ militiæ fuit. Quippe. viii. milia armatorum secuta sunt trecenta milia lixarum: ex quibus coquorum pistorum scænicorumq; maior numerus fuit: argenti certe auriq; tantum. ut etiã gregarii milites caligas auro figerent: proculcarentq; materiam: cuius amore populi ferro dimicant

Audi lixarum numerum

culinarum quoq; argentea instrumenta fuere prorsus: quasi ad epulas non ad bella pergerent. Aduenienti Antiocho multi orientales reges occurrere tradentes se regnaq; sua rum execratione superbiæ parthicæ: nec mora congressioni fuit. Antiochus tribus preliis uictor babyloniam cum occupasset: magnus haberi cœpit. Itaq; omnibus ad eum deficientibus populis nihil parthis relictum præter patrios fines fuit. Tunc Phrahartes Demetrium in Syriam ad occupandum regnum cum parthico præsidio mittit: ut eo pacto Antiochus ad sua tuenda a parthia reuocaretur.

Antiochi successus

Interim quoniã uiribus non poterat insidiis Antiochum ubiq; tentabat: propter multitudinem hominum omnem exercitũ suũ Antiochus per ciuitates in hyberna diuiserat: quæ res exitii causa fuit. Nam cum grauari se copiarũ præbitione & ĩiuriis militum ciuitates uiderent: ad parthos deficiunt: & die statuta omnes apud se diuisum exercitum per insidias ne inuicem ferre auxilia possent: aggrediuntur: quæ cum nunciata Antiocho essent: auxilium proximis laturus cum ea manu quæ secum hyemabat: progreditur in itinere obuium regem parthorum habuit: aduersus quem fortius q̃ exercitus eius dimicauit. Ad postremum tamen cum uirtute hostes uincerent: metu suorum desertus occiditur. cui Phrabartes exequias regio more fecit: filiãq; Demetrii quam secum Antiochus adduxerat captus amore uirginis uxorẽ duxit.

Antiochi interitus

Pœnitere deinde dimissi Demetrii cœpit: ad quem retrahendum cum turmas equitum festinanter misisset: Demetrium hoc ipsum metuentem iam in regno missi inuenerunt: frustraq; omnia conati ad regẽ suum reuersi sunt.

IVSTINI HISTORICI LIBER XXXIX.

Nntiocho in parthia cum exercitu deleto frater eius Demetrius obsidione parthorũ liberatus ac restitutus in regnum: cũ omnis Syria in luctu ꝓpter amissum exercitum

a

esset quasi parthica ipsius ac fratris bella: q̄bus alter captus alter occisus erat ꝑ'pere gesſissent: ita ægypto bellũ iferre statuit: regnũ ægypti Cleopatra socru preciũ auxilii aduersus fratrẽ suũ pollicẽte. Sed dũ aliena affectat: ut assolet: fieri ꝓpria ꝑ defectionẽ Syriæ amisit. Siquidem Antiochenses primi duce Triphone exectantes superbiam regis

Syriæ defectio a Demetrio

quæ cõuersatione parthicæ crudelitatis intolerabilis facta erat: mox Apamenii cæteræq; ciuitates exẽplũ secutæ per absentiã regis a Demetrio defecere. Ptolemæus uero rex ægypti bello ab eodem petitus cũ cognouisset. Cleopatram sororem suam opibus ægypti nauibus impositis ad filiã & Demetriũ generum in Syriam profugisse: immittit iuuenẽ quendam ægyptium Protarchi negociatoris filium qui regnum syriæ armis peteret. Et composita fabula quasi per adoptionem Antiochi regis receptus in familiam regiam esset. nec syris quemlibet regem aspernantibus ne Demetrii paterentur superbiam: nomen iuueni Alexander imponitur: auxiliaq; ab ægypto ingentia mittunt. Interea corpus Antiochi interfecti a rege parthorum in loculo argẽteo in sepulturam in Syriam remissum peruenit: quod cum ingenti studio ciuitatum & regis Alexandri ad firmãdam fabulæ fidem excipitur: quæ res illi magnum fauorem popularium conciliauit: omnibus non fictas in eo sed ueras lachrymas existimantibus. Demetrius autem uictus ab Alexandro cum undiq; circunstantibus malis præmeretur:

Gryphus

ad postremum etiam ab uxore filiisq; deseritur. Relictus igitur cum paucis seruulis cum Tyrum religionem templi se defensurus petisset: naui egrediens præfecti iussu interficitur. Alter ex filiis Seleucus quoniam sine matris auctoritate diadema sumpsisset: ab eodem interficitur. Aliter ex filiis cui ꝓpter nasi magnitudinem cognomen Grypho fuit: rex a matre hactenus constituitur: ut nomen regis penes filium: uis autem omnis imperii penes matrem eẽt. Sed Alexãder occupato syriæ regno tumẽs ex successu rerum spernere iam etiam ipsum Ptolemæum: a quo fuerat in regno ornatus: superba insolentia cœpit. Itaq; Ptolemæus reconciliata sororis gratia destruere Alexandri regnum: quod odio Demetrii uiribus suis acquisierat. summis opibus instituit. Mittit ergo in græciam Grypho auxilia & filiam Griphynam Grypho nupturam: ut populos in auxilium nepotis non societate tantum belli uerum etiam affinitate sua solicitaret: nec res frustra fuit. Nam cum omnes Gryhpum instructum ægy-

Ast. alexandri cauillũ ĩ sacrilegio

ptiis uiribus uiderent: paulatim ab Alexandro deficere cœpere. Fit deinde inter eo prælium: quo uictus Alexander Antiochiam profugit. Ibi inops pecuniæ cum stipendia militibus deessent: in templo Iouis solidum ex auro uictoriæ signum tolli iubet: facetis iocis sacrilegium circunscribens. Nam uictoriam commodatam sibi a Ioue esse dicebat. Interiectis deinde diebus cum ipsius Iouis aureũ simulacrum infiniti ponderis tacite euelli iussisset: deprehensusq; in sacrilegio concursu multitudinis in fugam esset uersus: magna ui tempestatis oppressus ac desertus a suis a latronibus capitur: perductusque ad Gryphum interficitur. Gryphus porro recuperato patrio regno externisq; periculis liberatus insidiis matris appetitur: quæ cũ cupiditate dominationis ꝓdito marito Demetrio & altero filio interfecto huius quoq; uictoria inferiorẽ dignitatẽ suã factã doleret uenienti ab exercitatione ueneni poculum obtulit. Sed Gryphus prædictis ante iã ĩsidiis ueluti pietate cũ matre certaret bibere ipsam iubet

Mater ueneno quod filio parauerat extinguitur

abnuenti instat. Postremũ ꝓlato indice eam arguit: solam defensionẽ sceleris superesse affirmans si biberet: quod filio obtulit. Sic uicta regina scelere in se uerso ueneno: quod alii parauerat: extinguit. Parta igit regni securitate Gryphus octo annis qetẽ & ipse habuit: & regno suo ꝓstitit. Natus deinde illi est æmulus regni frater ipsius cyricœnus eadẽ matre genitus sed ex Antiocho patruo susceptu: quẽ cum ueneno tollere uoluisset: ut maturius cum eodem armis de regno cõtẽderet: excitauit. Inter has regni syriæ parricidiales discordias moritur rex ægypti Ptolemæus regno ægypti uxori & alteri filio: quẽ illa legisset relicto uidelicet quasi qerior ægypti status q̄ syriæ regnũ esset: cum mater altero ex filiis electo alterũ hostẽ eẽt habitura. Igit cũ ꝓnior ĩ minorẽ filiũ eẽt: a populo cõpellit maiorẽ eligere. cui pri-

Cleopatra cyticœnus

a carthagine dii in diuersum abstulerunt.cum uictoria posset uti: frui maluit.Relictaq; Roma cāpa-
niam tarentumq; peragrare:ubi mox & ipse:& exercitus ardor elanguit:adeo ut uerum dictum sit.ca
puam Hannibali cannas fuisse.Siquidem inuictum alpibus indomitum armis:campaniæ:quis crede Capua Anibali
ret?soles & tepentes fontibos baiæ sobegerunt.Interim respirare romanus:& quasi ab inferis emerge-
re arma non erant:detracta suot templis deera ot iouentus:in sacramentum militiæ liberata seruitia: Cannag; loco fuit
egebant ærario:opes suas liberis senatus in medium protulit: nec præter q̄ in bullis singulisq; anulis
erat:quicquā sibi auri reliquere;eques secutus exemplum:imitataq; eqtem tribus:deniq; uix suffece
re tabulæ uix scribaȝ manus Leuio Marcelloq; consulibos cum priuatæ opes in publicum deferen-
tur:quid autem in eligendis magistratibus:quæ centuriarum sapientia:cum iunioribus a senioribus
consilium de creandis coosulibus petiuere;quippe aduersus hostem totiens:uictorem:tam callidum
non uirtute tantum;sed suis etiam pugnare consiliis oportebat.Prima redeuntis;sed ut sic dixerim re Cunctator
uiuiscentis imperiis spes Fabius fuit;qui nouam de Hannibale uictoriam commentus est:non pugna fabius
re.Hinc illi cognomen nouō:& reipublicæ salutare cunctator.Hic illod ex populo:ut imperii scutū
uocaretur:Itaq; per samnium totum per falernos gauranosq; saltus. sic macerauit Hānibalem:ut qui
frangi uirtute non poterat mora comminueretur.Inde claudio Marcello duce etiam congredi ausus
est comnus uenit & pepulit;& campania sua:& ab obsidione nolæ urbis excussit.Ausus & sempronio
graccho duce per lucaniam sequi:& præmere terga eedentis:quāuis tūc;o pudor manu seruili pugna
ret:nam hucusq; tot mala compulerant:sed libertate donati fecerant de seruitute romanos. O horri-
bilem in tot aduersis fiduciam:o singularem animum ac spiritum populi romani tam arctis afflictisq;
rebus;cum de italia sua dubitaret;ausus est tamen in diuersa respicere:cumq; hostes in iugulo per cam
paniam apuliamq; uolitarent mediamq; de italia africam facerent:eodem tempore & hūc sustinebat:
& in siciliam:sardiniam:hispaniam:diuisa per terrarum orbem arma mittebat.Sicilia mandata Mar- Marcellus
cello:nec diu restitit:tota enim insula in una urbe superata:est grande illud:& ante id tēpus inuictum
caput syracusæ quāuis Archimedis ingenio defenderentur.aliquando gesserūt.Longe illi triplex mu Syracusæ
rus:totidemq; arces:portus ille marmoreus & fons celebratus Aretusæ:nisi q̄ hactenus profuere : ut
pulchritudini uictæ urbis parceretur.Sardiniam Gracchus arripuit:nihil illic gentium feritas insaoo Archimedes
rumq;:nam sic uocārur immanita montiom profuere;sæuitum in urbes.orbemq; urbiū Caralim:ut
gens cōtumax uilisq;:mortis saltem desiderio patrii soli domaretur:In hispaniam missi Cneus & Pu-
blius Scipiones spem totam pœnis eripuerant;sed insidiis punicæ fraudis oppressi rursos amiserant:
Magnis quidem illi prælus cum punicas opes cecidissent:sed punicæ insidiæ alterum ferro castrame
tantem:alterum cum euasisset in turrem cinctum facibus oppresserunt. Igitur in ultionem patris ac
patrui missus cum exercitu Scipio cui tam grande de africa nomen fata decreuerant.Bellatricem illā
uiris armisq; nobilem hispaniam illam seminarium hostilis exercitus:illam Hannibalis eruditricem: Scipiōis res
incredibile dictu:totam a pyreneis montibus in Herculis columnas:& oceanum recuperauit:nescias in hispania
citius:an facilius q̄ uelociter quattuor anni fatentur:q̄ facile uel una ciuitas probat:eodem qppe quo gestæ
obsessa est die capta est:omenq; africanæ uictoriæ fuit:q̄ tam facile capta est Hispania Carthago. Cer
tum est tameo ad profligandam prouinciam maxime profecisse singularem ducis sanctitatem: quip-
pe qui captiuos pueros puellasq; præcipuæ pulchritudinis barbaris restituerit:ne in conspectum qui Carthago
dem suum passus adduci.ne quid de uirginitatis integritate deliberasse saltem uel oculis uideretur.
Hæc inter diuersa terrarum populus romanus:nec ideo tameti Italiæ uisceribus inherentem summo
uere poterat Hannibalem carthaginensem.Plæraq; ad hostem defecerant:& dux acerrimus cōtra ro-
manos italicis quoq; uiribus utebatur;iam tamen cū plærisq; opidis & regionibus excusseramus Ta-
rentinus ad oos.redierat:iam & capua sedes & domus & patria altera Hannibalis tenebatur:cuius am
missio tantum pœno duci dolorem dedit;ut ille totis uiribus Romam conuerteretur . O populum
dignum orbis imperio:dignum omnium fauore:& administratione hominum ac deorum: compul-
sus ad ultimos metus ab incepto non destitit.& de sua urbe sollicitus;capuam tamen non omisit : sed
parte exercitus sub Appio consule relicta;parte flaccum in urbem secuta:absens simul præsensq; pu-
gnabat.Quid ergo miramur?Mouenti castra a tertio lapide Hannibali iterum ipsos deos:deos inquā
nec fateri pudebit restitisse:tanta enim ad singulos illis motus uis imbrium effusa est : tanta uentoȝ
uiolētia coorta est:ut diuioitus hostem summoueri:nec cœlo sed ab urbis ipsius mœnibus:& capito- Prodigiosa
lio ferri uideretur.Itaq; fugit:& cessit;& in ultimum se italiæ recepit sinum:cum urbem tantum non tepestas
adortam reliquisset.Parua res dictu:sed ad magnanimitatem.P.R.probandam satis efficax:q̄ illis ip-
sis quibus obsidebantur diebus:ager quem Hannibal castris iosiderat:uenalis romæ fuit:hastæq; su-
biectus inuenit emptorem. Voluit Hannibal contra fiduciam imitari:subiecitq; argentarias urbis ta
bernas nec sector inuentus est. Vt scias etiam præsagia fatis fuisse:nihil actum erat tanta uirtute tan-
to fauore deorum.Siquidem ab hispania Hasdrubal frater Hannibalis cum exercitu nouo : nouis ui- Hasdrubalis iteritus
ribus. oouabelli mole ueniebat:Actum erat procul dubio:si uir ille se cum fratre iunxisse : sed hunc
quoq; castrametantem Claudius Nero cum Liuio Salinatore debellat.Nero in ultimo italiæ angulo

sum mouebat Hannibalem: Liuius in diuersissimam partem: & in ipsas nascētis italiæ fauces signa cō
uerterat: tanto omni q̄ longissima italia solo interiacente: quo consilio: qua celeritate consules castra
coniunxerint: inopinanterq; hostem collatis signis compresserint. neq; id fieri Hannibal sensent: dif-
ficile dictu est. Certe Hannibal re cognita: cum proiectum fratris caput ad sua castra uidisset agnosco
inquit infcelicitatem carthaginis: hæc fuit illius uiri non sine præsagio quodam fati imminentis pri-
ma confessio: Iam certum erat Hannibalem etiam ipsius confessione posse uinci: sed tot rerum pros-
perarum fiducia plenus populus romanus magni extimabat asperrimum hostem in sua africa debel-
Res in africa a scipione gestæ
lare. Duce igitur Scipione in ipsam africam tota mole conuersus imitari cœpit Hannibalem: & italiæ
suæ clades in africa uindicare. Quas ille dii boni Hasdrubalis copias: quos Syphacis exercitus fudit
quæ quantaq; utriusq; castra facibus illatis una nocte deleuit? deniq; iam non a tertio lapide: sed ipsas
carthaginis portas obsidiōe quatiebat: sic factum est: ut inherentem atq; incubātem italiæ extorque
ret Hannibalem. Nō fuit maior sub imperio romano dies q̄ ille: cum duo omnium & antea & postea
ducum maximi ille italiæ: hic hispaniæ uictor collatis cominus signis direxere aciem. Sed & colloqui
um fuit inter ipsos de legibus pacis. Steterunt diu mutua admiratione defixi: ubi de pace nō cōuenit:
signa cecinere. Constat utriusq; cōfessione nec melius instrui aciem: nec acrius potuisse pugnari: hoc
Hannibal i africa uincitur
Scipio de Hannibalis: Hannibal de Scipionis exercitu prædicauerūt. Sed tamē Hannibal cessit: præ-
miumq; uictoriæ africa fuit & secutus africam terrarum orbis.

BELLVM MACEDONICVM PRIMVM.

p
Ost carthaginem uinci neminem puduit: secutæ sunt statim africam gentes: macedo-
nia: græcia: syria: cæteraq; omnia quondā quasi æstu & torrente fortunæ: sic primi om
nium macedones affectator quondam imperii populus. Itaq; quāuis tunc Philippus re
Origo macedonici belli
gno præsideret: romani tamen dimicare sibi cum rege Alexandro uidebantur. Mace-
donicum bellum nomine amplius q̄ spectatione gentis fuit. Causa cœpit a fœdere Phi
lippi: quo rex iampridem dominantem in italia Hannibalem sibi sociauerat: postea cre
uit implorantibus athenis auxilium contra regis iniurias: cum ille ultra ius uictoriæ in templa: aras:
& sepulchra ipsa sæuiret. Placuit senatui opem tantis ferre supplicibus: quippe iam gentium reges du
ces: populi: nationes: præsidia sibi ab hac urbe petebant. primo igitur Liuino consule populus roma-
nus Ionium mare ingressus tota græciæ littora ueluti triumphanti classe pagrauit spolia quippe sici-
liæ: hispaniæ: sardiniæ africæ pferebat. Et manifestam uictoriam nata in prætoria puppe laurus polli
cebatur. Aderat sponte in auxilium Attalus rex pergamorum. Aderant Rodii nauticus populus: qui-
bus a mari consul: a terris omnia equis uirisq; quatiebat. bis uictus rex: bis fugatis bis exutus castris.
Plutarchus apsum amnem ipsum uocat Liuius Aoum
cum tamen nihil terribilius macedonibus fuit ipso uulnerum aspectu: quæ non spiculis neq; sagittis:
nec ullo græculo ferro: sed ingentibus pilis: nec minoribus adacta gladii ultra mortem patebant. Eni
muero Flaminio duce inuios antea chaonum montes. Indumq; amnem per abrupta uadentem: & ip
sa Macedoniæ claustra penetrauimus. introisse uictoriæ fuit: Nam postea nunquam ausus congredi
rex ad tumulos: quos cynocephalas uocant: uno ac ne hoc quidem iusto prælio opprimitur: & illi qui
dem consul pacem dedit regnumq; concessit: mox nequid esset hostile thebas & Euboeam & grassan
Redditur libertas græciæ
tem sub Nabide suo lacedæmona compescuit. Græciæ uero ueterem statum reddidit: ut legibus ui-
ueret suis & auita libertate frueretur. Quæ gaudia quæ uociferationes fuerunt? Cum hoc forte Ne-
meae in theatro quinquēnalibus ludis a præcone caneretur: quo certauere plausu? quid florum in cō
sulem profuderūt? & iterum iterumq; præconem repetere illam uocem iubebat: qua libertas achaiæ
pronunciabatur: nec aliter illa consulari sententia: q̄ modulatissimo aliquo tibiarum aut fidium can-
tu fruebantur.

BELLVM SYRIACVM REGIS ANTIOCHI.

Acedoniam statim & regem Philippum Antiochus excepit quodam casu quasi indu-
stria sic a gubernante fortuna: ut quemadmodum ab africa in europam: sic ab eruopa
in asiam ultro se suggerentibus causis imperium procederet: & cum terrarum orbis si
Orientis opes
tu: ipse ordo uictoriarum nauigaret. Non aliud formidolosius fama bellum fuit: quip
pe cū persas & orientem Xersem atq; Darium cogitarent: quando perfossi inuii mon-
tes: quando uelis opertum mare nunciaretur: ut hoc cælestes minæ territabant cum
humore continuo cumanus Apollo sudaret: sed hic fauentis asiæ suæ numinis timor erat. sed nec sa-
ne uiris opibus armisq; quicquā copiosius syria. sed in manibus tā ignaui regis inciderat: ut nihil fue-
Antiochus
rit in Antiocho speciosius: q̄ q; a romanis uictus ē. Impulere regē in id bellū illinc Thoas etholiæ pn
ceps: ī honoratā apud romanos quærēs aduersus macedonas militiæ suæ societatem: hinc Hannibal
q in Africa uictus ,pfugus: & pacis īpatiēs hostē populo romano toto orbe quærebat: & qd illud fuis-
set periculum: si se consiliis eius rex tradidisset: si asiæ uiribus usus fuisset miser Hānibal? Sed rex suis

opibus & nomine regio fretus satis habuit bellum mouere Europa iam dubio procul iure ad romanos pertinebat. Hic lysimachiá urbé in littore tracio positam a maioribus suis Antiochus ut hereditario iure repetebat. Hoc uelut sydere asiatici belli mota tépestas & maximus regũ conuétus fortiter indixisse bellũ cũ ingéti strepitu ac tumultu mouisset ex asia Occupatis statim insulis græcisq; littoribus otia & luxus tãq̃ uictor agitabat. Euboeá insulá cõtinéti adherenté tenui freto reciprocantibus aqs Euripus abscidit. Hic ille positis aureis sericisq; tentoriis sub ipso freti murmure cũ iter fluéta tibus fidibusq; cõcineret collatis undiq; q̃uis p hyemé rosis: ne cũ aliquo ducũ genere agere uideretur uirginũ puerorũq; delectus habebat. Talé ergo regé iam sua luxuria debellatũ populus romanus Acilio glabrione cõsule in insula aggressus ipso statim aduentus sui initio coegit ab insule fugere. Tã præcipité apud thermopylas assecutus locũ. ccc. laconũ speciosa cæde memorandũ: ne ibi q̃dé fiducia loci resisteté mari ac terra cedere coegit. Statim & euestigio itur in syriá. classis regia Polixenidi Hannibalq; cõmissa. Ná rex prælũ nec spectare poterat. Igit̃ duce Emilio regillo a remigãn bus rodiis tota laceraẽ. Ne sibi placeát Athenæ in Antiocho uicimus Xerxem in Emilio Alcibiadé æquauimus ephesiis Salamina pensauimus. Consule Scipione cui frater ille modo uictor carthaginis africanus uoluntaria legatione aderat: debellari regem placet: & iam toto cesserat mari: sed oos imus ulterius meádrũ ad annem: montéq; sipylũ castra ponunẽ: hic rex incredibile dictu: q̃bus auxiliis q̃bus copiis consederat: trecenta milia peditũ: eq̃tũ falcatorũq; curruum nõ minor numerus: elephátis ad hoc imensæ magnitudinis auro purpura argéto & suo ebore fulgentibus aciem utriusq; uallauerant: sed hæc oĩa præpedita magnitudine sua ad hoc imbre: qui subito super fusus mira fœlicitate persicos arcus corruperat: primum trepidatio: mox fuga: de hinc triumphus fuerunt. Victo & supplici pacem atq; partem regni dari Placuit: eo libentius: q̃ tam facile cessisset.

Thermopyle

Vide ne themistoclẽ sit legendũ non alcibiadem

BELLVM ETHOLICVM.

Yriaco bello successit: ut debebat: etholicum. uicto quippe romanos Antiocho faces asiatici belli persequebatur. ergo Fuluio nobiliori mandata ultio est. Hic protinus caput gentis ambraciam regiam pyrri machinis quatit secuta deditio. Aderant etholoꝝ præcibus attici: Rodii & memineramus auxilii: sic placuit ignoscere. serpit tamen latius in proximos bellum omnemq; late Cephaloniam: zacynton: & quicquid insularũ in eo mari inter ceraunios montes uigumq; maleum etholici belli accessio fuerunt.

Fuluius nobilior

BELLVM HISTORICVM.

Istri sequuntur etholos: quippe bellantes eos nuper adiuuerant: & initia pugnæ prospera hosti fuerunt: eademq; exitu causa. Nam cum Cnei Manlii castra cœpissent opimæque incubarent: epulantes: ac ludibundos plærosq; aut ubi essent præ poculis nescientes: Appius pulcher inuadit: sic cum sanguine & spiritu male partam reuomere uictoriam. Ipse rex apulo æquo impositus: cum subinde crapula: & capitis errore lapsaret: captum sese uix & ægre postquam experrectus est didicit.

Appius pulcher

BELLVM GALLOGRAECVM.

Allogræciam quoq; syriatici belli ruina conuoluit: fuerant inter auxilia regis Antiochi: an fuisset cupidus triumphi Manlius: an eos uisos simulauerit dubium certe: negatus est uictori triumphus: quia causam belli non approbauit senatus. Cæterum gens gallogræcorum sicut ipsum nomen inditio est: mixta & adulterata est: reliquiæ gallorum quibus etiam Breno duce uastauerant græciam: mox orientem secuti in media asiæ parte etiam sedere. Itaq; ut frugum semina mutato solo degenerant: sic illa génuina feritas coꝝ asiatica amœnitate mollica é. Duobus itaq; p̃lus fusi fugatiq; sunt: q̃uis sub aduétu hostis relictis sedibus: ĩ altissimos se mõtes recepissét: solostogioꝝ tectosagiá ĩsederát. utrinq; fũdis sagittisq; acti ĩppetuá se pacé dediderũt. Sed alligari miraculo quodá fuere cũ cathenas morsibus & ore tétassent: cũ offocádas ĩuicé fauces p̃bussent. Ná orgiagontis regis uxor a céturiõe stuprũ passa: memorabili exemplo custodiam euasit. Reuulsumq; militis caput ad maritum suum rettulit. oooooooo

Gallogræci unde

Art. muliebris pudicitiæ exemplum

BELLVM MACEDONICVM SECVNDVM.

Vm aliæ aliæq; gentes syriaci belli sequuntur ruinam: macedonia se rursus erexit. fortissimum populum memoria & recordatio suæ nobilitatis agitabat: & successerat philippo filius Perses: q̃ semel in ppetuũ uictá esse macedoniá nõ putabat ex géns dignita

re.multo uehementius sub hoc macedones q̄ sub patre consurgunt quippe thraces in uires suas traxe
rant. Atq; ita industria macedonum:uiribus thracū:disciplinam macedonicam temptauere. Accessit
his consilium ducis:qui situm regionum suaꝝ summo speculatus hemo:positis per abruta castris:ita
macedoniam suam armis:ferroq; uallauerat:ut non reliquisse aditum:nisi a cœlo uēturis hostibus ui-

Atť. persis desperationem

deretur. Nam Marcio Philippo consule:eam prouinciam ingressus populus romanus exploratis dili
genter accessibus per astrudem paludem:per acerbos dubiosq; tumulos: illa quæ uolucribus quoq;
uidebatur inuia accessit:regemq; secuꝝ & nihil tale metuentem subita belli eruptione terruit. cuius
tanta trepidatio fuit:ut pecuniam omnem in mare iusserit mergi ne periret:classem cremari:ne incen
deretur. Paulo cōsule cum maiora & crebra essent imposita præsidia:per alias uias macedonia depres
sa est:Sūma qdē arte & industria ducis:cū alias minatus:alias irrepsisset cuius aduentus ipse eo terribi
lis regi fuit:ut interesse non auderet:sed gerenda ducibus bella mandauerit. Absens ergo uictus fugit
in maria:insulamq; samothracem:fretus celebri regione:quasi tēpla & aræ possent defendere: quem
nec montes sui nec arma potuissent. Nemo regū diutius ammissæ fortunæ cōscientiam retinuit. sup-

Perses capitur

plex cū scriberet ad imperatorem:ab illo quo cōfugerat templo:nomenq; epistolæ notaret suū: regē
addidit. Sed nec reuerentior captæ maiestatis alius paulo fuit. cū ī cōspectu uenisset hostis in templū
recepit:& in conuiuiis adhibuit: liberosq; admonuit suos: ut fortunam cui tantū liceret reuererenť.
Inter pulcherrimos hūc quoq; populus romanus de macedonia duxit atq; uidit triūphū: qppe cuius
spectaculo triduū impleuerit. Prima die signa tabulasq;. Sequens arma pecunias trāsuexit. Tertius ca-
ptiuos ipsumq; regē attonitū adhuc tanq̄ subito malo stupētem. Sed multo prius gaudiū uictoriæ po
pulus romanus quam epistolis uictoris perceperat. Quippe eodem die quo uictus est perses in mace-

Dionysiū id accidisse ait latino bello

donia:romæ cognitum est. Duo iuuenes candidis equis apud iuturnæ lacum puluerem cruorem ab-
luebant. Hii nunciauere. Castorem & pollucem fuisse creditum uulgo quod gemini fuissent: īterfuis
se bello:q; sanguine maderent:a macedonia uenire:q; adhuc anhelarent.

BELLVM ILLYRICVM.

Acedonici belli contagio traxit illyricos. ipsi quidem ut romanum a tergo distringe-
rent:a Perse rege conducti pecunia militauere: sine mora ab Antio prætore subigun-
tur. Loscordam caput gentis delesse suffecit. Statim secuta deditio est deniq; hoc bellū
ante finitum est q̄ geri Romæ nunciaretur.

BELLVM MACEDONICVM TERTIVM.

Vodam fato:quasi ita conuenisset inter pœnos & macedonas:ut tertio quoq; uinceren
tur. Eodem tempore utriq; arma mouere. Sed prior iugum excutit macedo: aliquāto
q̄ ante grauior:dum contemnitur. Causa belli prope erubescenda: quippe regnū pari-

Andriscus

ter & bellum uir ultimæ sortis Andriscus inuaserat: dubium liber an seruus: mercena-
rius certe:sed quia uulgo Philippus ex similitudine pseudo Philippus uocabatur:regiā
formam:regium nomen:animo quoq; regio impleuit. Igitur dum hæc ipsa contemnit
populus romanus Iuuentio prætore contentus:uirum non macedonicis modo sed thraciæ quoq; au

Iuuentiū p̄ter Metellus

xiliis ingentibus ualidum temere tentauit. Inuictus quoq; non a ueris regibus:sed ab illo imaginario
& scenico rege superatus. Sed consule Metello:amissum cum legione prætorem plenissime ultus est.
Nam & macedoniam seruitute mulctauit:& ducem belli deditum ab eo: ad quem confugerat thra-
ciæ Regulo:in urbem in cathenis reduxit. Hoc quoq; illi in malis suis indulgente fortuna:ut de eo po
pulus romanus quasi de rege uero triumphauit.

BELLVM PVNICVM TERTIVM.

Ertium cum africa bellum & tempore exiguum fuit. nam quadriennio patratum est:
& in comparatione priorum: minimum labore:non enim tam cum uiris:q̄ cū ipsa ur-
be pugnatum est. sed plane maximo euentu:quippe tandem Carthago finita est. Atq;
siquis trium temporum momenta consideret: primo commissum est bellum: profli-

Scipio nasica cato maior

gatum secundo:tertio uero confectum est. Sed huius causa belli: q; contra fœderis le-
gē aduersus numidas quidem semel parasset classem & exercitum. frequēs autem ma-
sinisse fines territabat. sed huic bono socioq; regi fauebat:cum bellum sederet: de belli fine tractatū
est. Cato inexpiabili odio delendam esse Carthaginem:& cum de alio consuleretur: pronunciabat Sci

Manilius Cēsorinus consul.

pio nassica seruandam. ne metu ablato emulæ urbis: luxuriari fœlicitas urbis inciperet. Mediū sena-
tus elegit:ut urbs tantum loco moueretur:nihil enim speciosius uidebatur:q̄ esse Carthaginem: quæ
non timeretur. Igitur Manilio Censorinoq; cōsulibus populus romanus aggressus Carthaginem spe

nctis uiecta:traditam a uolentibus classem sub ipso ore urbis incendit. Tum euocatis principibus: si iam eisse uellent ut migrarent finibus imperatum. quod pro rei atrocitate adeo mouit iras: ut extrema mallent. Comploratum igitur publicæ statim & pari uoce clamatum est ad arma: seditq; sententia quoquo modo rebellandum: non quia spes ulla iam superesset: sed quia patriam suam mallent hostium q̄ suis manibus euerti. Qui rebellantium fuerit furor: uel hinc intelligi potest: q in usum nouae classis tecta domusq; resciderunt: & in armorum officinis aurū & argentū pro ære ferroq; conflatū est. in tormentorum uincula matronæ crines suos contulerunt. Mancino deinde consule terra mariq; fre-

Studium carth. in cō parādo belli

uebat obsidio: operis portus nudatus: & primus & sequens iam murus: cū tantū Byrsa: quod nomen arci fuit: quasi altera ciuitas resistebat. Quāuis profligato urbis excidio: tamen fatale Aphricæ nomē Scipionū uidebatur. Igitur in alium Scipionem conuersa respublica finem belli reposcebat. Hūc paulo macedonico procreatū: Africani illius magni filius in decus gentis assumpserat. Hōc scilicet fato: ut quā urbem cōcusserat auus nepos euerteret. Sed quam maxime mortiferi esse morsus solēt moriē-

A quo æmilianus scipio adoptatus

tium bestiarum: sic plus negocii fuit cum semiruta ciuitate Carthagine: quam integra. Compulsis in unam arcem hostibus: portum quoq; maris romanus obsederat. Illi alterum ibi portum ab alia urbis parte foderunt: nec ut fugerent: sed quia nemo illos nec euadere posse credebat. Inde quasi enata subito classis erupit. tum interim iam diebus iam noctibus noua aliqua moles: noua machina: noua perditorū hominū manus: quasi ex obruto incendio subita de cineribus flamma prodibat. Deploratis nouissime rebus. xl. se milia uirorum dediderunt. Quod minus credas duce Hasdrubale. q̄to fortius fœmina & uxor ducis quæ compræhensis duobus liberis a culmine se domus in medium misit incendium imitata reginam quæ carthaginem condidit. quāta urbs deleta sit: ut de cæteris taceam: uel ignium mora pbari pōt. qppe p cōtinuos decē & septem dies uix potuit incendiū extingui: quod domibus ac tēplis suis sponte hostes immiserant: ut quatenus urbs eripi romanis nō poterat triumphis arderet:

Deditorū numerus

BELLVM ACHAICVM.

Corinthi situs & nobilitas

Vasi sæculum illud euersionibus urbium curreret: ita carthaginis ruinam statim Corynthos excepit: achaiæ caput: græciæ decus: inter duo maria Ionium & Aegeum quasi spectaculo exposita hæc facinus indignum ante oppressa est q̄ in numero certorum hostium referretur. Critholaus causa belliq; libertate a romanis data: aduersus ipsos usus est. Legatos romanos dubium an & manu: certe oratione uiolauit. Igitur Metello ordinanti: cui tum maxime macedoniæ mandata est ultio & huic achaicum bellum: at primam Critholai manum metellus consul per patentis helide campos toto cecidit alpheo: & uno plio peractum erat bellū: iam & urbē ipsam terrebat obsidio. Sed fata rerum: tū Metellus dimicasset ad uictoriā Mumius uenit. Hic alterius ducis dignitate exercitū sub ipsis Isthmi faucibus fudit: geminosq; portus sanguine infecit: tamen ab incolis deserta ciuitas direpta primū. deinde tuba p̄cinēte deleta est. Quid signorum: quid uestiū: quidue tabularum raptū: incensum: atq; piectū ē: Quātas opes & abstulerit & cremauerit hinc scias: q quicquid corinthi æris toto orbe laudatur. incendio superfuisse comperimus. Nam & æris notam præciosiorem ipsa opulentissimæ urbis fecit iniuria: quia incendio perustis plurimis statuis atq; simulacris: æris: auri: argentiq; uenæ in commune fluxere.

Mumius

Aes corinthiacum

RES IN HISPANIA GESTAE:

T carthaginē corinthos: ita corynthū Numātia secuta est: nec deinde toto orbe quāq̄ tātū in armis fuit. Post illa duo clarissima urbiū īcēdia latæ atq; passim: nec p uices: sed simul pariter: quasi unū undiq; bellū fuit: prsus utile: quasi agitātibus uentis diffudisse quædā belli incēdia toto orbe uideref. Hispaniæ nūq̄ aīus fuit aduersus nos uniuersæ cōsurgere: nunq̄ cōferre uires suas libuit: neq; aut īperare: aut libertatē tueri suā publicæ: alioqn ita undiq; mari pyreneoq; uallata ē: ut ingenio sytus nec adiri q̄dē potuerit. Sed antea a romanis obsessa ē: q̄ seipsa cognosceret: & sola oīum puinciarum uires suas: postquā uicta ē itellexit. In hac ppe ducētos p annos dimicatū est a primis scipionibus in primū Cæsarē Augustū. Nō cōtinue nec coherēter sed put lacessierāt. Nec cū hispanis initio: sed cū penis in hispania. Inde cōtagio & series causaq; bellorum: prima p pyreneū iugū signa romana Publius & Cne. Scipiones ītulerūt: p̄lisq; ingētibus Hannonē & Hasdrubalē fratrē Hānibalis ceciderūt. raptaq; erat īpetu hispania: nisi fortissimi uiri in ipsa sua uictoria oppressi punica fraode cecidissent: terra mariq; uictores. Igif quasi nouam itegrāq; puinciā ultor patris & patrui Scipio ille mox africanus inuasit. Isq; statim capta carthagine & aliis urbibus non cōtētus poenos expulisse: stipendiariā nobis puinciā fecit. Oēm citra ultraq; hiberum subiecit īperio. primus romanorum ducū uictor ad gades & oceani orā puenit. plus etiā prouinciā retinere: q̄ facere. Itaq; per partes iam huc iam illuc missi duces: qui ferocissimas: & ad id temporis liberas gentes ideo impatientes iugi: multo labore nec incruentis certaminibus seruire docuerunt.

Gn. & P. scipiões

Scipiōis gesta in hispania

Ato ille Cęforinus Celtiberos idest robur hispaniæ aliquot prœlis fregit. Grachos pater ille Gracchoꝝ eosdem.c.&.l.urbiú euersióe mulctauit. Metelus ille q ex macedonia cognomé meruerat:& celn beticus f.eri:cú & cõtrebiá memorabili cepiſſet exemplo: & uerlobrigis maiori gloria pepercit. Lucullus turdullos:atq; uaceos:de qbus Scipio ille posterio singulari certamine cum a rege fuiſſet prouocatus opima retulerat. Decius Brutus aliquando latius calecos lusitanosque: omnis galatiæ populus: formidatumque militibus flumen obliuiotus: peragratoq; uictor oceani littore: non prius ligna conuertit:q̃ cadentem in ma-

Bruti res in hispania gestæ

ria solé obrutumq; aquis ignem non sine quodá sacrilegii metu:& horrore dephédit. Sed tota certaminú moles cú lusitanis fuit: & númátinis:nec in merito:qppe solis gennú duces cõtigerút. fuiſſet & cú oíbus celuberis nisi dux illius motus initio belli oppreſſus eſſet. Sed summus uir asturus & audatiæ si recesſiſſet Salondicus:q hastá argenteá quotiens uelut cælo miſſam uaticinanti similis omniú in se mentes conuerterat. Sed cú pari temeritate sub nocte castra consulis adisſet:iuxta territoriú ipm

Salondicus
Viriatus

pilo uigilis exceptus est. Cæteꝝ lusitanos Viriatus erexit:uir caliditatis accerrimæ q ex uenatore latro:ex latrone subito dux:atq; íperator & si fortuna ceſſiſſet hispaniæ:Romulus non cõtentus libertaté suorú defendere per.xiiii.annos omnia citra ultraq; hybeꝝ & tagú igni ferroq; populatus castra etiá ꝑtorioꝝ & præsidiú agrreſſus. Claudium unimanum pœne ad internitioné exercitus cecidiſſet. Insignia trabeis & fascibus nostris:quæ cæperant.í monnbus suis trophoea fixiſſet. Tádé etiá Fabius maximus consul oppreſſerat:sed a succeſſore Pompilio uiolata uictoria est:quippe qui conficiendæ

Pompilius

rei cupidus:fractum ducem:& extrema deditionis agitantem:per fraudem & insidias: & domesticos percuſſores:aggreſſus hanc hosti gloriam dedit:ut uideretur aliter uinci non potuiſſe.

BELLVM NVMANTINVM.

Vmantia quantum Carthaginis:Capuæ:corinthi: opibus inferior:ita uitturis nomine & honore par omnibus:summúq; si uiros æstimes hispaniæ decus:quippe q̃ sine muro: sine turribus:modice ædito in tumulo apud situata quatruor milibus celtiberorú.xxxx.í exercitú per annos.xiiii. sola substinuit. Nec sustinuit modo:sed sæuius aliquanto pertulit:pudendis fœderibus affecit. Nouiſſime cum iniunctam eſſe constaret:opus quoq; eo fuit: q carthaginem euerterat. Non temere:si fateri licet ullius causa belli iniustior:segi denses socios & consanguineos:romanorum manibus elapsos exceperant:habita pro eis depræcano nihil ualuit: cum se ab omni bellorum contagione remouerent:in legitimi fœderis præcium iuſſi arma deponere. hoc sic

Numantinorum succeſſus

a barbaris:acceptum quasi manus abscinderétur. itaq; statim Megara uicto fortiſſimo duce:arma cõuersi. Pompeium prælio aggreſſi:fœdus tamen maluerunt cum debellare potuiſſent:hostilium deinde Mancinum:hunc quoq; aſſiduis cædibus ita subegerunt:ut ne oculos quidem aut uocem numantini uiri quisquam sustineret:tamen cum hoc quoq; fœdus maluere contenti armorum manubiis:cú ad internitionem seruire potuiſſent. Sed non minus numantini q̃ caudini illius fœderis flagrans ignominia:ac pudore populus romanus. Dedecus quidem præsentis flagitii:deditione Mancini expiauit. Cæterum duce scipione carthaginis incendus ad excidia urbium imbuto:tandem etiam in ultionem excáduit:sed tunc acrius in castris in campo nostro cú milite:q̃ cú numantino ꝑliandú fuit:qppe aſſi-

Mancinus deditur

duis & iniustis & seruilibus maxime operibus attriti:ferre plenius uallum:q arma nescirent: luto inquinari:q sanguine nollent:iubebant ad hoc scorta:& calones sarcinæ nisi ad usum neceſſariæ amputantur:táti eſſe exercitum.quáti íperatoré:uere proditú est. Sic redacto in disciplinã milite cõmiſſa acies: quodq; nemo uisurú se unqua sperauerat:factum est:ut fugietes numantinos qsquá uideret. Dedere etiá sese uolebant:si toleranda uiris imperarentur. Sed cum Scipio uerá uellet & sine exceptione uicto-

Cælia

riá:eo necessario cõpulsi:primum ut destinata morte in ꝑlium ruerent cum sese prius æpulis quasi ísferiis impleuiſſent:carnis semicrudæ & cæliæ: sic uocant indigenæ ex frumento potioné. Intellectú ab imperatore consiliú:itaq; nõ est permiſſa pugna morituris. Cú foſſa atq; lorica:quattuor castris circúdatos famæ præmeret ab duce orantes prœliú.ut tanquá uiros occideret:sed ubi nõ ípetrabant: placuit eruptio:sic cõserta manu plurimi occisi:& cú urgeret fames aliquátisper inde uixere. Nouiſſime consiliú fugæ sedit:sed hoc quoq; ruptis equoꝝ cingulis uxores ademere summo scelere ꝑ amoré. Itaq; etiam exitu deplorato in ultimam rabiem furoremq; conuersi:postremo mori hoc genere destina-

Numantinorum exitus

runt. Duces suos:seq; patriáq; ferro:& ueneno:subiectoq; undiq; igne peremerút. Mactæ eſſe fortiſſimá & meo iudicio beatiſſimam in ipsis malis ciuitatem aſſerunt cum fide socios: populum orbis terrarú uiribus fultum:sua manu:ætate tam longa sustinuit. Nouiſſimæ maximo duce oppreſſa ciuitas: nullum de se gaudium hosti reliquit. Vnus enim uir numantinus non fuit:qui in cathenis duceretur præda ut de pauperibus nulla:arma cremauerunt:triumphus fuit tantum de nomine.

Actenus populus romanus pulcher:egregius:pius:sanctus:atq; magnificus.reliqua sæculi ut grandia æque:ita uel magis turbida:& fœda crescentibus cum ipsa magnitudine imperii uitiis:adeo ut si qs hanc tertiam eius ætatem transmarinam quam ducentuꝝ annoꝝ

fecimus diuidar:centum hos priores:quibus africam:macedoniam:siciliam:hispaniam domuit: aureos sicut poetæ canunt:iure meritoq; fateatur. Cētum sequentes ferreos plane & cruentos & si quid immanius. Quippe qui iugurtinis:cymbricis:mithrydaticis:parthicis bellis gallicis:atq; germanicis: quibus cælum ipsum gloria ascendit. Gracanas;drusianasq; cædes: ad hæc seruilia bella miscuerunt: & ne quid turpitudini desit: gladiatoria deni que:in se conuersis marianis atque syllanis: nouissimæ Pompei & Cæsaris manibus quasi per rabiem & furorem & nephas semetipse lacerauit: quæ si inuoluta inter se sunt omnia atq; confusa:tamen quo melius appareant simul & ne scælera uirtutibus obstrepant:separatim proferentur:priusq̄ cæpimus iusta illa memorabimus:ut & pia cum exteris gentibus bella magnitudo crescentis indies imperii appareat:tum ad illa ciuium scælera:turpesq; & impias pugnas reuertemur.

Recentior rerum Romanarum status

BELLVM ASIATICVM.

Icta ad occasum hispania:populus romanus ad orientem pacem agebat:nec pacē modo: sed inulitata & incognita quadam fœlicitate relictæ regis hæreditatibus opes & tota in simul regna ueniebant.

Ttalus rex pergamenorum regis Eumenis filius socii quōdam commilitonisq; nostri testamentum reliquit;populus romanus bonorum meorum hæres esto in bonis regis, hæc fuerunt. adita igitur hæreditate prouinciam populus Romanus non quidem bello:nec armis:sed q̄ est æquius testamenti iure retinebat:sed hanc difficile dictu est utrum facilius ammiserit populus Romanus:an recuperauerit. Aristonicus regii sanguinis ferox iuuenis urbes regibus parere consuetas:partim facile sollicitat:paucas resistentes Mindum Samon Colophonem ui recepit. Crassi quoque prætoris cædit exercitum:ipsum quoque cœpit. Sed ille memor & familiæ:& Romani nominis custodem sui barbarum uirgula excecat:in exitium sui quod uolebat:ita concitat. Mox a perpenna domitus:& captus:& per deditionem in uinculis habitus. Aquilius asiatici belli reliquias confecit mixtis(nephas)ueneno fontibus ad deditionem quarundam urbium:que res ut maturam:ita infamem fecit uictoriam. quippe cum contra fas deum moresq; maiorum medicaminibus impuris in id tempus sacrosancta romana arma uiolasset.

Aristõicus

L. FLORI EPITHOMATIS LIBER TERTIVS INCIPIT.

Ec ad orientem:sed nō ad meridionalē plagam eadē quies. Quis speraret post Carthaginem aliquod in africa bellum? Atqui non leuiter se numidia concussit:& fuit in Iugurta quod post Hannibalem timeretur. quippe rex callidissimus populū romanum armis inclytum & inuictum opibus aggressus est:& citra spem omniū fortuna cessit:ut rex fraudæ præcipuus:fraudæ caperetur. Hic auo Masinissa & Micypsa patre per adoptionem:cum interficere fratres statuisset agitatus regni cupiditate:nec illos magisq; senatum populum romanum:quoq; in fide & clientela regnum erat:metueret:primum scelus mandat insidiis potitusq; Hiepsalis capite:cum se in Adherbalem conuertisset:isq; romam prufugisset:missa per legatos pecunia traxit in sententiam suam senatū & hæc fuit de nobis eius prima uictoria. Missos deinde qui regnum inter illum Adherbalemq; diuiderent:similiter aggressus:cum in scauro ipsos romani imperii mores expugnasset: inchoatū nephas perfecit audacius:sed diu non latent scelera:corruptæ nephas legationis erupit:placuitq; bello persequi parricidam. primus in numidam Calfurnius bestia consul immittitur. Sed rex præmonitus fortius aduersus romanos aurum esse;q̄ ferrę:pacem emit. Cuius flagitii reus cum interueniente publica fide a senatu accerliretur:pari audacia & uenit:& competitorem imperii Masinissæ: Masinissam immisso percussore confecit. Hæc altera contra regem fuit causa bellandi. Igitur sequens ultio mandatur Albino. Sed huius quoq;(proh dedecus)ita corrupit exercitū:ut uoluntaria nostroꝝ fuga uinceret numida castrisq; potiretur:adito etiam turpi fœdere. in precium salutis:quem quod prius emerat dimissit exercitum. Eodem tempore in ultionem non tam imperii romani:q̄ pudoris Metellus assurgit;qui callidissime hostem;nunc præcibus:nunc minis:iam quasi simulata uera fuga eludentem artibus suis aggressus est. Agrorū atq; uicorum populatione contentus in ipsa numidiæ capita impetum fecit:& zamam quidem frustra diu uoluit. Cæterum thalam grauem armis thesauroq; regis diripuit. Tunc urbibus exutum regem etiam finium suorum regniq; fugitiuum per mauros:atq; getuliam sequebatur. Postremo marius auctis admodum copiis cum pro obscuritate generis sui capite censos sacramento adegisset:iā fusum & fautium regem adortus:non facilius tamen uicit q̄ si integrũ & recentem. Hic & urbē Herculi conditam capsam in media africa sitam:anguibus athenisq; uallatam mira quadam fœlicitate superauit:& saxeo inditā monti mulutā urbē per ligurē aditu arduo innacessoq; penetrauit. Mox nō ipsū mō:sed Bocchū mauritaniæ regē iure sāguinis numidiā uidicātē : apd̄ opidū Cirthā grauiter cecidit. Qui ubi diffisus rebus suis alienæ cladis accessio fieri timet. p̄ciū fœderis atq;

Iugurtinũ bellum

Iugurtiæ successus

Thesaurus regis Iugurthi diripit

Iugurta capitur

amicitiæ regem facit;Sic fraudulentissimus regum fraude soceri sui in insidias deductus est & Syllæ in manum traditus tandemq; opertum cathenis Iugurtam in triumpho populus romanus aspexit; sed ille quoq; quáuis uictus & uictus uidit urbem:quam uenalem:& quandoq; peritura:si habuisset emptoré.frustra cecinerat;tamen ut uenalis fuisset: habuit emptorem; & cum ille non euaserit:certum erit eá nõ esse perituram.

BELLVM ALLOBROGICVM.

Ic ad meridiem populus romanus:multo attrocius & multipliciter:& magis a septentrione seuientem nihil hac plaga infestius:atrox cœlum peruicaci ingenio. Omni igitur tractu uiolentus hostis a dextris:atq; leuis:& medio septétriõis erupit prima trásalpes arma nostra sensere Saly quum de incursionibus eorum fidissima atq; amicitissima ciuitas Massilia quæreretur. Allobroges deinde Aureni:cum aduersus os similis eduorum querelæ opem & auxilium nostrum flagitarent:uariusq; uictoriæ restis ysara & uindelicus amnis:& impiger fluminum Rhodanus maximus; barbaris terror elephanti fuere immanitati gentium pares.Nihil tam conspicuum in triumpho q̃ rex ipse bis uisus discoloribus in armis; argenteoq; carpento:qualis pugnauerat utriusq; uictoriæ:q; quantumq; gaudium fuerat:uel hinc extimari

Domitius enobarbus Fabius maximus

potest q; & Domitius Enobarbus & Fabius maximus ipsis quibus dimicauerant locis saxeas erexere turres & desuper exornata armis hostilibus trophea fixere.Cũ hic mos inusitatus fuerit nostris.Nũq̃ enim populus romanus hostibus domitis uictoriam suam exprobauit.

BELLVM CYMBRICVM THEVTHONICVM AC TIGVRINVM.

Vnde cimbri

Ymbri:theutoni:atq; tigurini ab extremis galiæ profugi:cũ terras eorum inũdasset oceanus:nouas sedes toto orbe quærebãt:exclusisq; ex gallia:& hispania:cum in Italiam remigrarent:misetunt legatos in castra Syllani:inde ad senatum petentes ut martius populus aliquid sibi terræ daret:quasi stipendium:cæterũ ut uellet manibus atq; armis suis uteretur.Sed quas daret terras populus romanus agrariis legibus intra se dimicaturus?Repulsi igitur quod nequiuerant præcibus:armis petere constituunt. Sed nec primum impetum barbarorum Syllanus:nec secundum Manilius nec tertium Cepio sustinere potuerunt.Omnes fugati:exuti castris actum erat nisi Marius illo sæculo contingisset.Ille quoq; non ausus cõgredi statĩ militẽ tenuit ĩ castris:donec inuicta illa rabies & impetus quem pro uirture barbari habẽt consenesceret:recessere igitur increpantes:& tanta erat capiendæ urbis fiducia consulentes si q̃d ad uxores suas mandarent.Nec segnius:q̃ minati fuerant tripartito agmine per alpes idest claustra Italiæ ferebantur.Marius mira statim uelocitate occupatis compendiis præuenit hosté. Prioresq; Theutonas sub ipsis alpium radicibus assecutus in locum quem aquas sextias uocant:qua fide numinum prœlio opressit:Vallem fluuiumq; hostes tenebant:nostris aquarum nulla copia:consulto ne id egerit. Imperator an erroré in consilium uerterit dubium.Certe necessitate acta uirtus causa uictoriæ fuit. Nam flagitante aquam exercitu,uiri inquit estis:en illic habetis.Itaq; tanto ardore pugnatum est:eaq; cædes hostium fuit:ut uictor Romanus de cruento flumine non plus aquæ biberit: q̃ sanguinis. Barbarorum certe rex ipse Theutobochus quaternos senosq; æquos transilire solitus.uix unum: cum fugeret ascendit:pximoq; in saltu cõphensus:insignæ spectaculum fuit.quippe uir pceritatis eximiæ sup trophea ipsa eminebat.Sublatis funditus teuthonis:in cymbros conuertitur. Hic iam quis crederet per hyemem:quæ altius alpes leuat:tridentinis iugis in italiam prouoluti ruina descenderãt athesim flumen non ponte:nec nauibus:sed quodam stoliditate barbarica: primum corporibus aggressi postquam retinere amnem manibus & clypeis frustra tentauerant:ingesta obrutum silua transiluere:& si statim in festo agmine urbem petissent:grande discrimen esset.Sed in uenetia quo fere tractu Italia mollissima est:ipsa soli cælicq; cleméntia robur elanguit.ad hoc panis usu carnis coctæ: & dulcedine uini mitigatos Marius in tempore aggressus est:iam diem pugnæ a Mario imperatore petierunt:& sic proximum dedit:In patentissimo:quem caudium uocant campo procurrere:milia deinde ad.lx.ceciderunt:hinc minus tertio: per omnem dié conciditur barbaris.Isti quoq; imperator addiderat uirtuti dolum secutus Hannibalem:artemq; cannarum.Primum nebulosum nactus diẽ:ut hosti inopinatus occurreret:tũ uentosum quoq;:ut puluis in oculos & ora ferretur.Tũ acie cõuersa ĩ orientem:ut qd' ex captiuis mox cognitũ est:ex splendore galearum:ac repercussu:quasi ardere cœlũ uideretur. Nec minor cum uxoribus eorum pugna:q̃ cum ipsis fuit.cum obiectis undique palustris:atque carpentis:alte desuper quasi e turribus lanceis contisque pugnarent:perinde plus speciosa mors earum fuit q̃ pugna.Nam cum missa ad marium legatione libertatem ac sacerdotium non impetrassent:nec fas erat suffocatis elisisq; passim infantibus suis aut mutuis concidere uulneribus uinculo e crinibus suis facto:ab arboribus iugisque plaustrorum pependerunt. Beleus Rex in acie dimicans impigre: nec inultus occubuit. Tertia tigurinorum manus:quæ quasi in subsidio noricos insederat alpium

Syllanus Manilius a cimbris uicti

Cepio

Theutones

Atẽ.stragẽ

Qua cimbri etiam ĩ Italiam descendentur

Venetiæ laus

ubi marius cum cimbris conflexit

Beleus rex

tumulos: in diuersa lapsi fuga ignobili: & latrociniis euanuit. Hunc tam lætum tamq; felicem libertatis italiæ: assertiq; imperii nuncium: non per homines: ut solebat: populus accepit: sed per ipsos (si credere fas est) deos. Quippe eodem die quo gesta res est uisi pro æde Castoris & pollucis iuuenes laureati prætori litteras dare: frequensq; in spectaculo rumor uictoriæ cymbricæ: fœliciter dixit. Quo qd admirabilius? quidq; insignius fieri potest? Quippe uellet ut elata montibus suis roma: spectaculo belli interesset: q̄ i gladiatorio munere fieri solet: uno eodemq; momento cum in acie cymbri occumberent: populus in urbe plaudebat.

BELLVM TRHACIVM.

P

Ost macedonas (sic dus placet) thraces rebellabant ipsi quondam tributarii macedonū nec in proximas modo prouincias contenti incurrere; thessaliam atq; dalmatiam i adriacum mare usq; uenerunt, eoq; fine contenti quasi interueniēte natura: contorta i ipsas aquas tela miserunt. Nihil iterim per id omne tempus residuum crudelitatis fuit. In captiuos sæuientibus: litare diis sanguine humano: bibere in ossibus capitum: & huiusce modi ludibrio fœdare mortem tam igni q̄ fumo. Partus quoq; grauidaræ extorquere: tormentis sæuissimi omnium thracum Scordici fuere. Sed calliditas quoq; ad robur accesserat: siluarum & montium situs cum ingenio consentiebant. Itaq; non fusus modo ab his aut fugatus: sed simili prodigio omnino totus interceptus exercitus: quem duxerat Cato. Didius uagos & libera populatione diffuios intra suam reppulit thraciam. Drusus ulterius egit: & uetuit transire dannubium. Minutius toto uastauit hebro: multis quidem amissis: dum per perfidum glaciæ flumē equitatur. Piso rhodopem caucasumq; penetrauit. Curio daciantenus uenit: sed tenebras saltuum expauit. Appius i sarmatas usq; peruenit. Lucullus ad terminum gentium tanain: lacumq; meotin. Nec alter cruentissimi hostium q̄ suis moribus domiti quippe in captiuos igne ferroq; sæuitum est. Sed nihil barbaris atrocius uisum est: q̄ q; abscissis manibus relicti; uiuere superstites: pœnæ suæ uidebantur.

Thracum facinus

Cato

Didius

Drusus

Minutius

Piso

Appius

Lucullus

BELLVM MITRIDATICVM.

P

Onticæ gentes ad septentrionem in mare sinistrum iacent a pōtico cognominatæ mari. Harum gentium atq; regionum rex antiquissimus Ateas post Artabazes: a septem persis oriundus: inde Mithrydates omniū longe maximus: quippe cum quattuor Pyrrho. xvii. anni Hannibali suffecerent. ille per. xl. annos restitit: donec tribus ingentibus bellis subactus: fœlicitate Syllæ uirtute Luculli: magnitudine Pompei consumeretur. Causam quidem illius belli prætenderat apud Cassium legatū attrectari terminos suos a Nicomede bitynio. Cæterū elatus animus ingētibus asiæ totius & si posset europæ cupiditate flagrabat. spē ac fiduciā dabāt nr̄a uitia: quippe cū ciuilibus bellis distingeremur: inuitabat occasio. Nudūq; impii latus ostendebant ꝓcul Marius: Sylla: Sertorius. Inter hæc reipu. uulnera: & hos tumultus repēte q̄si captato tpe: i lassos simul atq; districtos subitus turbo pontici belli ab ultima ueluti specula septētrionis erupit. Primus statim ipetus belli bithyniam rapuit. Asia inde pari terrore correpta est. Nec cūctanter ad regē ab urbibus nostris populisq; descitū est. Aderat: instabat: sæuitia q̄si uirtute utebat᷑. Nā quid atrocius uno eius edicto? cū omnes qui in asia forent romanæ ciuitatis hoīes interfici iussit. Tū quidem domus templa & aræ humana oia atq; diuina iura uiolata sunt. Sed hic terror asiæ europā quoq; regi aperiebat. Itaq; missis archelao Neoptholemoq; ꝑfectis: excepta Rhodo: quæ pro nobis firmius stetit. Cæterū Cyclades: Delos: euboea: & ipsum græciæ decus Athenæ tenebantur. Italiam iā ipsamq; urbē romā regius terror afflabat. Ita Lutius Sylla festinat uir armis optimus: pariq; uiolentia ruentem ulterius hostem manu quadam quasi ipsius reppulit. Primumq; Athenas urbem quis crederet frugum parentem: obsidione ac fame ad humanos cibos compulit: sic illos quoq; ante: mox subruto pyrei portu sex quoq; & amplius muris postq̄ domuerat ingratissimos hominū ut ipse dixit: in honorem tamen mortuorum sacris suis famæq; donauit. mox cum euboea: atq; boetia præsidia regia dispulisset: omnis copias: uno apud cheronam: apud orchomenon altero bello dissipauit. Statimq; in asiam transgressus ipsum opprimit: & debellarū etiam foret; nisi de Mithrydate triūphare cito q̄ uere maluisset. Ac tū quidem hunc asiæ statū Sylla dederat ictū cum ponticis fœdus: recepit Bythiniam a rege Nicomede: ab Ariobarzane cappadociā: ac sic ut erat asia rursus nostra: ut cœperat Mithrydates tantū repulsus: itaq; nō fregit ea res ponticos sed incendit: quippe rex asia & europa quodāmodo inescatus: nō iam quasi alienam: sed quia amiserat: quasi captā belli iure repetebat. igit᷑ ut extincta parum fideliter incendia: maiore flāma reuiuiscunt: ita ille de integro auctis maiorem in modum copiis: tota denique regni sui mole in asiam rursus mari terra fluminibusq; ueniebat. Cizicū nobilis ciuitas: arce mœnibus: portu: turribusq; marmoreis asiaticæ plagæ littora illustrat. hāc ille q̄si alteram romam totam inuaserat bello. Sed fiduciam oppidanis resistenti nuncius fecit docens:

Pontici reges

Mitridatis

Crudele mitridatis edictum

Athenarū fames

Cheroma

Orchomenon

Cizicum

Nun cii celeritas & audacia

aduentare Lucullum:qui horribile dictu:per medias hostium naues utre suspensus:& pedibus iter ad gobernans uidentibus procul quasi marina pistris euaserat;mox clade conuersa:cum ex more obsidé tem tegem:& ex fame:pestilentia urgeret:recedenté Lucullus assequitur:adeoq; cæcidit:ut granicus & esopus amnes cruenti redderentur.

Vbi uictus Mithridates

Rex callidus:romanæq; auaritiæ peritus: spargi a fugientibus sarcinas:& pecuniam iussit:qua sequentes moraretur:nec felicior in mari q̃ in terra fuga:quippe centum amplius nauium classem apparatumq; belli grauem:in pontico mari aggressa tempestas tam sceda strage lacerauit:ut naualis belli instar efficeret:plane quasi Lucullus quodam cum fluctibus procellisq; cõmercio debellandum tradidisse regem uentis uideretur. Attritæ iam omnes ualidissimi regni uires erant:sed animus malis angebatur. Itaq; conuersus ad proximas gentes:totum pene orienté ac septentrionem ruina sua inuoluit. Hiberi Caspii:albani:& utreq; sollicitabant armeniæ. Perq; oĩa & decus & nomen & titulos Pompeio sua fortuna quærebat. Qui ubi nouis motibus ardere Asiam uidet.aliosq; ex aliis prodiere reges:nihil cunctandum ratus:priusq̃ inter se gentium robora coirent: statim ponte nauibus facto:omnium ante se primus transit euphratem regemq; fugientem media nactus armœnia quanta fœlicitas uiri uno prælio cõfecit:nocturna ea dimicatio fuit:& luna ĩ partibus

Vbi nouissimæ mitridate uictus

quippe quasi commilitans cum a tergo hostibus:a facie romanis se præbuisset:põtici per errorem longius cadentes umbras suas:quasi hostium corpora petebant. Et Mithrydates quidé nocte illa debellatus est. Nihil enim postea ualuit:q̃q̃ omnia expertus more angutum: qui obtrito capite postremũ cauda minantur. Quippe cum effugisset hostem colchos::Siciliæ quoq; littora:& campaniam nostrá

Vide ne siliciæ sit legendum

subito aduentu terrere uoluit. Mox subruto pyrei portu colchis teous iungere bosphoron. Inde per thraciam macedoniam.& græciam transilire. Sic Italiam nec oppinatus inuadere tantum cogitauit. Nam per defectionem ciuium pharnaus filii scelere præuentus male tentatum ueneno spiritũ ferro expulit Cneus interim Magnus rebellis Asiæ reliquias sequens per diuersa gentium terrarũq; uolitabat:nunc sub orientem secutus armenios captis in ipso capite gentis Artaxis:supplicem iussit regnare Tigranem. At in septentrionem schyticum iter tanquam in mari stellas secutus cholchos cæcidit: ignouit hyberiæ pepercit albanis:regem cholchorum Oroden positis etiam sub ipso caucaso castris iussit in plana descendere. Arthocen:qui hiberis imperabat:& obsides liberos dare:Oroden etiam re-

Pompei successus

muneratus est. Vltro ab albania sua lectulum aureum & alia dona mittentem. necnon & in meridié uerso agmine. Libanum syriæ:damascumq; transgressus per nemora illa odorata:per thuris & balsami syluas romana signa circũtulit Arabes siquid imperaret præsto fuere. Hierosolymam defendere tentaoere iudei. Verum hæc quoq; & intrauit:& uidit illud grande impiæ gentis archanum patens

Hircanus

aureo uti cælo Diffidentibus de regno fratribus:arbiter factus:regnare iussit Hircanum Aristobolo quia renuebat eam rem:cathenas dedit. Sic Pompeio duce populus romanus totam qua latissima est: Asiam peruagatus:quam extremam imperii habebant prouinciam:mediam fecit. Exceptis quippe parthis:qui fœdus maluerunt & Indis:qui adhuc nos non nouerant:omnis Asia inter rubrum & caspium & oceanum Pompeianis domita:uel opp̃ssa signis tenebatur.

BELLVM PYRATICVM.

Pyratarum successus

I Nterim dum populus Romanus per diuersa terrarum distractus est. Cilices iouaserát maria:sublatisq; commertiis:rupto fœdere generis humani:sic maria bello quasi tempestate præcluserant; Audaciam perditis: furiosisque latronibus dabat inquieta Mithrydatis præliis Asia:dum sub alieni belli tumultu:exteriqae regis inuidia impune grassantur. Ac primum duce Isodoro contenti proximo mari:Cretam inter atq; cyrenas:pyreum:& achaiam sinumq; maleum:quem a spoliis:aureum ipsi uocauere:latrocinabantᷣ:Missusq; in eos Publius Seruilius:q̃uis leues & fugaces & myoparonas:graui & martia classe turbaret:nõ incruenta uictoria superat. Sed nec mari submouisse contẽtus ualidissimas urbes eoꝝ:

Phaselis

& diutina præda abundantes:Phaselis & Olypon euertit:Isauronq; ipsam arcem ciliciæ unde cõscius sibi magni laboris Isaurici cognomen adamauit. Non ideo tamé tot cladibus domiti:terra se continere potuerunt:sed ut quædam animalia:quibus aquam terramq; incolendi gemina natura est:sub ipso hostis recessu ĩpatiẽtes soli:in aquas suas resiluerũt:& aliq̃to latius quã prius: sic fœlix ille & dignus uictoria Põpeius uisus é:& Mithridaticæ ꝓuinciæ facta accessio.ille dispsam toto mari pesté semel & iperpenũ uolens exriguere diuino quodã apparatu aggressus é. Quippe cũ classibus suis & socialibus

Pompeianæ classis legati

rhodioꝝ abũdaret pluribus legatis:atq; ꝑfectis utraq; põti & oceani ora cõplexus é. Gellius tusco mari ĩpositus plotius siculo. Gratillius ligusticũ sinũ Põpeius gallicũ obsedit. Torq̃tus balearicum: Tiberius Nero gaditanũ fretũ:q̃ primõ maris nr̃i limẽ apiẽ. Lẽtulus lybicũ. Marcellinus ægyptiũ. Põpei iuuenes adriancũ. Varro Terẽtius ægeũ & põticũ & Pãphyliũ. Metellus asiaticũ. Cœpio ipas ꝓpõndis fauces. portius Cato sic obditis nauibus:q̃si portũ obseruauit:sic p oĩs æquoris portus:sinus:latebras recessus: ꝓmõtoria:freta peninsulas quicquid pyrataꝝ fuit quadã ĩdagine ĩclusum & opp̃ssum é. Ipse Pompeius in originem fontemq; belli ciciliam uersus est. Nec hostes detractauere certamen,non

ex fiducia :sed quia oppræssi erant ausi uidebantur:sed nihil tamen amplius:q̃ ut primum ictum cō-
currerent. Mox ubi circūfusa undiq; rostra uiderunt abiectis statim telis:remisq; plausu undiq; pari
quod supplicanobus signum fuit:uitam petiuerunt. Non alia tam incruenta uictoria usi nōq̃ sumus
sed nec fidelior in posterum reperta geos ulla est. Idq; ꝓspectum singulari consilio ducis: qui matri-
monium genus a conspectu longe remouit:maris & mediteraneis agris quasi obligauit. Eodemq; tē-
pore & usum maris nauibus recuperauit:& terræ homines suos reddidit. Quid prius in hac mirere Pompeia-
uictoria uelocitatem?q; quadragesimo die parata est. An fœlicitatem?q; ne una quidem nauis amissa næ uictorie
est. An perpetuitatem?q; amplius pyratæ non fuerunt. uelocitas

CRETICVM BELLVM.

Reticum bellum:si uera uolumus noscere:nos fecimus:sola oincendi nobilem insulā
cupiditate:fauisse Mithrydati uidebatur:hoc placuit armis uindicare. Primus inuasit
c insulam Marcus Antonius cum ingenti quidem uictoriæ spe:atq; fiducia:adeo ut plu
ris cathenas in nauibus:q̃ arma portaret. dedit itaq; pœnas uæcordiæ:nā plærasq; na
ues īercepere hostes:captiuaq; corpora religata uelis:ac funibus pependere:ac sic ueli
ficantes triumphantium in modum cretes portubus suis adremigauerunt. Metellus Metelli a-
deinde totam insulam igni ferroq; populatus intra castella:& urbes redegit:& gnoson:& erytream:& cerbitas in
ut græci dicere solent:urbium matrem cydonam. Adeoq; sæue in captiuos consulebatur: ut ueneno cretes
se plærīq; conficerent. Alii deditionem suam ad Pompeium absentem mitterent:& cum ille res in asia
gerens:eo quoq; præfectum misisset Antonium in illa prouincia irritus fuit: eoq; infestior Metellus
in hostes ius uictoris exercuit:uictisq; lasthenæ & panaræ cydonæ ducibus uictor redit:nec qcq̃ am-
plius:tamen de tam famosa uictoria q̃ cognomen exercitum reportauit.

BELLVM BALEARICVM.

Vatinus Metelli macedonici domus bellicis nominibos' assueuerat : altero ex liberis
eius cretico facto:mora non fuit:quin alter quoq; balearicus:uocaret' baleares ꝑ idem
q tempus insulæ pyratica rabie corruperant:maria homines feras atq; siluestres mueris
ausos a scopulis suis saltem maria prospicere. Ascendere etiam inconditas rates: & præ
nauigantes subinde iopinato impetu terruere. Sed cum oenientem ab alto romanam
classem prospexissent:prædam putaotes ausi etiam occurrere:& primo impetu ingeo
ti lapidum saxorūq; nimbo classem operuere. Tribus quisq; fundis prælatur:cæteros esse quis mire- Baleares fū
tur ictus:cum hæc sola genti arma sint:ad unum ab infantia studium. cibum puer a matre nō accipit: de studiosi
nisi quem ipsa monstrante percussit. Sed non diu lapidatione romanos terruere. postq̃ comminus uē
tum est:expertiq; rostra:& pila uenientia pecudum in morem:clamore sublato petierunt fuga littora
dilapsiq; in proximos tumulos quærendi fuerunt ut uincerentur.

EXPEDITIO IN CYPRON.

Derat fatū insularū:igitur & Cypros recepta sine bello:insulā ueteribus diuitiis abun-
dantē:& ob hoc Veneri sacram Ptolemæus regebat:& diuitiarū tāta erat fama:nec fal Ptolemæus
a so ut uictor gentiū populus & donare regna consuetus. Publio Clodio Tribuno duce
socii inuiq; regi coofiscationem mandauerit & ille quidē ad rei famā ueneno fata præ-
cepit. Cæterum portius Cato cyprias opes liburnis per Tyberinū hostiū inuexit:quæ
res latius æratium populi Ro. q̃ ullus triumphus impleuit.

BELLVM GALLICVM.

Sia Pōpeii manibus subacta:reliqua quæ restabāt in Europa:fortua in Cæsarē transtu
lit. Restabāt aūt īmanissimi gentiū galli atq; germani:& q̃uis toto orbe diuisi:tamē q
a uinceret habuit britania. Primus galliæ motus:ab heluetiis cæpit:qui Rhodanū inter Heluetii
& rhenū siti nō sufficientibus terris oenere sedes petitū incensis mœnibos suis:hoc sa-
cramentū fuit:ne redirēt:sed petito tēpore ad liberandū:Cō inter moras Cæsar Rhoda
ni pōte rescisso:abstulisset fugā statim bellicosissimā gentē:& sic in sedes suas:quasi gre
ges in stabula pastorū deduxit. Sequens longeq; cruentior pugna belgarum:quippe pro libertate pu- Belgæ
gnantium. Hic cum multa romanorū militū insignia:tū illud egregiū ipsius ducis:q, nutāte ī fuga ex-
ercitum:rapto fugientis e manu scuto:in primam uolitās aciē:manu ꝓlium restituit. Inde cum Venetis Veneti
etiam nauale bellū:sed maior cum oceano:q̃ cum ipsis nauibus rixa quippe ille rudes & informes : &

statim naufragæ rostra sensissent: sed hærebat in uadi pugna. cum æstibus solitis cum ipso certamine subductus Oceanus intercedere bello uideretur. Ille quoq; accessere diuersitates pro gentiũ locorũq;
Aquitani natura. Aquitani callidũ genus ĩ speluncas se recipiebant: iussit includi: mora dilabebantur in siluas:
Treueri iussit incendi: nemo tantũ ferores dixerit gallos: fraudibus agunt. Induciomarus: treueros. Ambio-
Eburones rix conuocauit eburones: utriq; absente Cæsare coniuratione facta iuuenere legatos: sed ille fortiter a Dolobella summotus est: relatumq; regis caput. Hic insidus in ualle dispositis dolo pertulit: itaq;
Cotta & Titurius Sabinus & castra dirrepta sunt: & aurũ ablatum. Cottam cum Titurio Sabino legato amisimus: nec ulla de rege mox ultio: quippe perpetua transrhenũ fuga latuit: nec rhenus ergo immunis: nec etiã fas erat: ut liber esset receptator hostiũ atq; defensor. sed prima contra germanos illius pugna iustissimis quidẽ ex causis: hæc auidæ incursionibus eo℞ quærebantur: quæ Ariouisti regis superbia: cum legati dicerent: ueni ad Cæsarem: quis est aũt Cæsar: & si uult ueniat inquit. & quid ad illum: qd agat nostra germania? num ego me interpono romanis? Itaq; tantis gentis nouæ terror in castris: ut testamenta passim: & in principiis scriberentur: sed illa immania corpora: quo erant maiora: eo magis gladiis ferroq;
Germani a Cæsare uincuntur patuerunt. Qui calor in prælian do militum fuerit: nullo magis exprimi potest: q̃ q elatis super caput scutis: cũ se testudine barbarus tegeret: super ipsa romani scuta salierunt: & inde in iugulos gladiis descendebant. Iterum uno de germano centenari quærebantur. Hic uero iam Cæsar ultro Massiliã nauali ponte trãsgreditur: ipsumq; rhenũ: & hyrcinius hostem quærit in siluis: sed in saltus & paludes genus omne diffugerat: tantum pauoris incussit intra ripã subito romana uis: nec simul rhenus: & iteq; quoq; & quidem ponte facto penetratus est: sed maior aliquanto trepidatio: quippe cũ rhenum suũ sic ponte quasi iugo captũ uiderent. Fuga rursus in siluas & paludes: sed quod acerbissimũ Cæsari fuit non fuere qui uincerentur: omnibus terra mariq; captis respexit oceanum & quasi hic romanus or-
Britãniam Cæsar inuadit bis non sufficeret alterum cogitauit. Classe igitur comparata Britaniam petit in Britaniam transit mira celeritate: quippe qui tertia uigilia morino soluisset a portu: minus q̃ medio die insulam ingressus est: plena erant tumultu hostico littora: & trepidantia ad cõspectũ rei nouæ carpenta uolitabãt. Itaq; trepidatio pro uictoria fuit: arma & obsides accepit a trepidis: & ulterius isset: nisi improbam classem naufragio castigasset oceanus. Reuersus igitur ad galliã classe maiore: auctisq; copiis: in eundẽ rursus
Calydoniæ siluæ oceanũ eos deniq; rursus brytannos: calydonias secutus in siluas unũ quoq; e regibus cauelianis ĩ uincula dedit: contentus his non enim prouinciæ: sed nomini studebatur: cũ maiore q̃ prius præda reuectus est. Ipso quoq; oceano tranquillo magis & propitio: quasi imparẽ se fateretur. Sed maxĩa omniũ eadẽq; nouissima coniuratio fuit galliaℜ. Cũ omnes pariter auernos atq; byturigas: carnũtas simul sequanosq;: contra ille corpore armis: spirituq; terribilis: nomine & quasi terrore composito uergingetorix: ille festis diebus: & comicialibus: cũ frequentissimos in lucis haberet: ferocibus dictis ad ius pristinũ libertatis erexit. Aberat tũc Cæsar Rauẽnæ delectũ agens: & hyeme creuerant alpes: sic ĩterclusum putabant iter. Sed ille qualis erat: ad nunciũ rei felicissimæ temeritatis per inuios ad id tẽpus mõtium multos: per intactas uias: & niues expedita manu emensus: occupat galliã: ex distantibus hibernis castra contraxit: & ante in media gallia fuit: q̃ ad ultima timeretur. Tum ipsa capita belli aggres-
Alesia Gergouia sus urbes: saluari eũ quadraginta milia propugnantiũ sustulit. Alesiam ducento℞ quĩquaginta miliũ iuuentute subnixã flammis adæquauit: circa Gergouiam tota belli moles fuit: quippe cũ. lxxx. muro & arce: & abruptis defenderent maximam ciuitatẽ uallo: sudibus: & fossa: inductoq; fossæ flumine ad hoc. xviii. castellis ingentiq; lorica circundatam: primũ fame domuit: mox audentem eruptiones ĩ uallo gladiis: sudibusq; concidit: nouissime in deditionem redegit. Ipse ille rex maximũ uictoriæ decus: supplex cũ in castra uenisset: tum & faleras & sua arma ante Cæsaris genua proiecit. habes inqt fortem uir fortissime uicisti.

BELLVM PARTHICVM.

Vm gallos per Cæsarem in septentrione debellat: interim ad orientem graue uulnus a parthis populus Romanus accepit. Nec de fortuna queri possumus: caret solatio clades: aduersa & diis & hominibus cupiditas consulis Crassi: dum parthico inhiat auro
Vndecim legiones cũ Crasso deletæ xi. stragæ legionum & ipsius capite mulctata est. quod tribunus plebis Metellus exeuntem ducem hostilibus diris deuouerat: & cum zeugma transisset exercitus: rapta subditis signa turbinibus hausit euphtates: & cum apud uiceforum castra posuisset: missi ab Orode rege legati denunciauere percursorum cum Pompeio fœderum consilia q̃ meminisset regis inhians ille thesauris nihil ne imaginario quidem iure: sed Seleuciæ se responsurum esse respondit. Itaq; dii fœderum ultores: nec insidiis nec uirtuti hostium defuerunt. Iam primũ qui solus & uere cõ
Mezeras meatus: & munire poterat a tergo relictus euphrates: dum simulato transfugæ cuidam. Mezeræ syro creditur: cum in mediam camporum uastitatem eodem duce ductus exercitus undiq; hosti exponeretur. Itaq; uix dum uenerat carras: cum undiq; præfecti regis Sylaces & Surenas ostendere signa auro sericisq; uexillis uibrantia. Tum sine mora circũfusi undiq; equitatus: in modum grandinis atq; nimborum: densa tela pariter fuderunt. Si miserabili strage deletus exercitus: ipse in colloquium soli-

citans signo dato uioos in hostium manus incidisset: nisi tribunis reluctantibus fugam ducis barbari ferro occupassent. Sic quoq; relanim caput: ludibrio hosti fuit. filium ducis poene in conspectu patris eisdem telis operuere reliquiæ in foelicis exetcitus: quo quenq; rapuit fugam in armeniam ciliciam; syriamq; distractæ uix nuntium cladis rettulerunt. Caput eius recisum cum dextra manu ad regem reportatum ludibrio fuit neq; indigno: aurum enim liquidum in rictum oris infusum est: ut cuius animus arserat auri cupiditate eius etiam mortuum & exangue corpus auro ureretur.

Aurum liquidū grassi rictui infusum

ANACEPHALEOSIS.

h Aec est illa tertia ætas populi romani transmarina: qua italia progredi ausos orbe toto arma circuntulit. Cuius ætatis superiores .c. anni sancti pii: & ut diximus aurei: sine flagitio: sine scelere: dum sincera adhuc & inoxia pastoriæ illius sectæ integritas: dūq; poenorum hostium imminens metus disciplinā ueterem cōtinebat. Postremi .c. quos a carthaginis: corynthi numantiæ quæ excidiis & attali regis in asiatica hæreditate deduximus in Cæsarem & Pompeium; secutumq; os de quo dicemus. Augustum & claritate rerum bellicatum magnifici. Ita domesticis cladibus miseri: & erubescendi quippe sicut galliam thraciam: ciliciam: uberrimas uallidissimasq; prouincias: armenios etiam & britannos; ut non in usu; ita ad imperii speciem magna nomina acquisisset pulchrum atq; decorum. Ita eodem tempore dimicasse domi cum ciuibus; sociis: mancipiis: gladiatoribus: totoq; inter se senatu; turpe atq; miserandum ac nescio an satis fuerit populo romano Sicila & Africa contentum fuisse: aut his etiam ipsis carere dominanti italia sua: q̄ eo magnitudinis crescere: ut uiribus suis conficeretur. Quæ eni res alia furores ciuiles peperit: q̄ nimia foelicitas? Syria prima nos uicta corrupit. Mox asiatica Pergameni regis hæreditas: ille opes atq; diuitiæ afflixere fæculi mores: mersamq; uitiis suis: quasi sentina rempublicam pessundedere. Vnd. o. populus romanus agros & cibaria flagitaret nisi per famem: quam luxus fecerat. hinc ergo gracchana: & prima & secūda: & illa tertia apuleiana seditio. Vnde regnaret de iudiciariis legibus diuulsus a senatu eques: nisi ex auaricia? ut uectigalia reipublicæ; atq; ipsa iudicia in quæstu haberent? hinc rursus & promissa ciuitas latio: & per hoc arma sociorum. Quid autem bella seruilia unde nobis nisi ex abundantia familiarium? unde gladiatorū aduersus dominos suos exercitus? nisi ad concilian dum plebis fauorem: effusa largitio? Cum spectaculis indulget supplicia quondam hostium artem facit iam ut speciosiora uitia tangamus. Nonne ambitus hoorum ab hisdem diuitiis incitatus? Atqui inde mariana: inde syllana potestas. Aut magnificus apparatus conuiuiorū & sumptuosa largitio nōne ab opulentia paritura mox ægestatem: hæc Catilinam patriæ suæ impegi. Deniq; illa ipsa principatus & dominandi cupido; unde nisi ex nimiis opibus uenit? Atq; hic Cæsarem: atq; Pompeium furialibus in exitiū reipublicæ facicibus armauit. Hos igitur populi romani omnis domesticos motus sepatatos ab externis iustisq; bellis ex ordine prosequemur.

Ciuiliū bellorum causæ

DE LEGIBVS GRACCHANIS.

d Editionum omnium causa tribunitia potestas excitauit: quæ specie quidem plebis tuendæ: cuius in auxilium comparata est. Re autem dominationem sibi; acquirens studiū populi ac fauorē agrariis: frumentariis; iudicariis legis aucupatur. Inerat omnibus spes æquitatis: quid tam iustum enim: q̄ recipere plebem ius suum a patribus? ne populus gentium uictor orbisq; possessor: extorris: aris ac focis ageret? Quid tam æquum q̄ inopem populum uiuere ex ærario suo? quid ad ius libertatis æquandæ magis efficax q̄ ut senatu regente prouincias: ordinis æquestris auctoritas saltem iudiciorum regno niteretur? sed hæc ipsa in perniciem redibant: & misera respublica in exitium suum recesserat: & a senatu in equitē translata iuditiorum potestas: uectigalium: idest imperii patrimonium supprimebat: & emptio frumenti ipsos reipoblicæ neruos exhauriebat: ærarium reduci plebs in agros unde poterat sine possidētium euersione: qui sibi pars populi erant & tamen relictas sibi a maioribus sedes ætate quasi iure hæreditario possidebāt.

Iudicia in equites trāslata

SEDITIO TYBERII GRACCHI.

p Rimam certaminum famem. Tyberius Gracchus accendit genere: forma: eloquentia facile princeps: sed hic siue Mancinianæ deditionis: quia sponsor foederis fuerat contagium timens: & inde popularis siue æquo & booo ductus: quia depulsam agris suis plebem miseratus est ne populus romanus gentium uictor: urbisq; possessor; laribus ac focis suis exularet: & quacunq; mente rem ausus ingentem postq̄ rogatiōis dies aderat ingenti stipatus agmine rostra conscendit: nec deerat obuia manu tota inde nobilitas & tribuni in partibus sed ut intercedentem legibus suis Cneum Octauium uidet Gracchus: con-

Atf. Gracchi ferociā in collegā

tra fas collegii ius potestatis iniecta manu depulit rostris:adeoq; præsenti metu mortis exterruit: ut abdicare se magistratu cogeretur:sic triumuir creatus diuidendis agris cum ad pperanda cœpta die comitiorum prorogari sibi uellet imperiu: obuia nobilium manu eorumq;:quos agris mouerat;cædes a foro cœpit.inde cum in capitolium profugisset:plebemq; ad defensionem salutis suæ;manu caput tangens horteretur;præbuit speciem;regnum sibi & diadema poscentis:atq; ita duce Scipione Nasica concitato in arma populo:quasi iure oppressus est.

T. Gracchi cædes

SEDITIO CAII GRACCHI.

C. Gracchi interitus

s

Tatim & mortis & legum fratris sui uindex:non minore impetu incaluit Caius Gracchus:qui cum pari tumultu atq; terrore plebem in auitos agros arcesseret; & recétem Attali hæreditatem in alimenta populo polliceretur.Iamq; nimius & potens altero tribunatu secunda plebe uolitaret:abrogare auso legibus suis Minutio tribuno;fretus comitum manu.fatale familiæ suæ capitolium inuasit:Inde proximorum cæde depulsus:cum se in auentinum recepisset:inde quoq; obuia senatus manu ab Opimio consule oppressus est.Insultatum quoq; mortis reliquiis & illud sacrosanctum caput tribuni plebis:percussoribus auro pensatum est.

SEDITIO APVLEIANA

n

Ihilominus Apuleius saturninus gracchanas asserere leges non destitit. Tantum animoq; uiro Marius dabat;q nobilitati inimicus;cólulatu suo pterea cófisus:occiso palam comitiis Annio competitore tribunatus subrogare conatus est in eius locum Caium Gracchum:hominem sine tribu:sine nomine:sed subito titulo in familiam ipse se adoptabat cum tot tantisq; ludibriis exultaret impune:rogandis gracchorum legibus ita uehementer incubuit.ut senatum quoq; cogeret in uerba iurare;cum abnuétibus aqua & igni interdicturum se minaretur: unus tamen extitit qui mallet exilium.igitur post Metelli fugam omni nobilitate percussa:iam cum tertium annú dominaretur:eo uesaniæ progressus é:ut cósularia quoq; comitia noua cæde turbaret:quippe ut satellitem furoris sui Glauciam consulem faceret Gaium Memmium competitorem interfici iussit:& in eo tumultu regem ex satellitibus suis appellatum:lætus accepit. Tum uero iam cóspiratione senatus ipso quoq; iam Mario consule:quia tueri non poterat aduerso.directæ in foro acies:repulsus inde:capitolium inuasit:sed cum abruptis fistulis obsideretur:senatuiq; per legatos pœnitentiæ fidem faceret ab arce digressus:cum ducibus factionis receptus in curiam est.Ibi in eum facta irruptione:populus fustibus:saxisq; coopertum ipsa quoq; morte lacerauit.

Metelli exilium

Saturnini interitus

DRVSIANA SEDITIO.

p

Ostremo Liuius Drusus non tribunatus modo uiribus:sed ipsius etiam senatus auctoritate:totiusq; italiæ consensu easdem leges asserere conatus dum aliud captat ex alio tantum conflauit incendium:ut ne prima illius flamma posset sustineri:& subita morte correptus hæreditariú in posteros suos bellú prorogaret iudiciaria lege Caii Gracchi. Diuiserant populum romanum: & bicipitem ex una fecerant ciuitatem; equites romani tanta potestate subnixi:ut qui fata patrum uitasq; principum haberent in manu:interceptis uectigalibus peculabantur suo iure rempublicam:senatus exilio Metelli damnatione Rutilii:debilitatus omne decus maiestatis amiserat.In hoc statu rerum:pares opibus:animis dignitate:unde & nato Liuio Druso æmulatio accesserat:equitem Seruilius Cepio senatú Liuius Drusus asserere:signa & aqlæ:& uexilla aderát.Cæteq; sic urbe in una quasi in binis castris dissidebantur: prior Cepio in senatum impetu facto:reos ambitus Scaurum & Philippum principes nobilitatis elegit.His ut motibus resisteret Drusus plebem:sed se gracchanis legibus eisdem socios ad plebem spe ciuitatis erexit.Extat uox ipsius nihil se ad largitionem ulli reliquisse:nisi si quis aut cœlum diuidere uellet:aut cælum.aderat promulgandi dies:cum subito tanta uis hominum undiq; apparuit:ut hostiú aduentu obsessa ciuitas uideretur. Ausus tamen abrogare de legibus consul Philippus: sed apprehensum faucibus uiator non ante dimisit:q sanguis & in ora:& oculos redundaret:sic per uim datæ iussæq; leges:sed prætium rogationis statum socii flagitare:cum interim imparem Drusum:ægrumq; rege temere motarum:matura:ne in tali discrimine mors abstulit:nec adeo minus socii promissa Drusi a populo romano reposcere armis desierunt.

Equitum peculatus

Tribunitia uis

BELLVM QVOD ADVERSVS SOCIOS GESTVM EST.

Otiale bellum nocetur:licet ut extenuemus inuidiam si uerum tamen uolumus:illud
ciuile bellum:quippe cum populus romanus ethruscos:latinos:sabinosq; miscuerit:&
unum ex omnibus sanguinem ducat:corpus fecit ex membris:& ex omnibus unus est
nec minore flagino socii citra italiam:q̃ intra urbẽ ciues rebellabant.Itaq; cum tusciæ
ciuitates:quas uiribus auxerant socii iustissime postularent:ad quam spem eos cupidi
ne dominationis Drusus erexerat.Postq̃ ille domestico scelere oppressus ẽ:eadem fax:
quæ illum cremauit:socios in arma & in expugnationem urbis accendit.Quid hac clade tristius? qd — Quo popu
calamitosius?cum omne latium:atq; picenum:ethruria omnis:atq; campania.Postremo italia cõtra — lo ro. im
mattem ac parentem suam urbem consurgerent:cum omne robur fortissimorum fidelissimorumq; — perio defe
sociorum sub suis quisq; signis haberent municipalia ista prodigia.Popedius marsos & etiam latinos — cerint
Afranius umbros:totus senatus & consules Samnium Lucaniamq; Thelesinus:cum regum & gentiũ
arbiter populus:ipsum se regere nec posset:ut uictrix asiæ europæq; a Corfinio Roma peteretur.Pri
mum fuit belli in albano mõte cõsilium:ut festo die latinarum Iulius Cæsar & Martius Philippus cõ
sules inter sacra & aras immolarentur.Postq̃ id nephas proditione discussum est.Asculo furor omnis
erupit:in ipsa quidem ludorum frequentia trucidans:qui tum aderant ab urbe legatis. Hoc fuit im
pii belli sacramentum:inde iam passim ab omni parte Italiæ duce& auctore belli discursante Popedio. — Popedii so
diuersa per populos & urbes signa cecinere.Nec Hannibalis nec Pyrrhi fuit tanta uastatio.Ecce otri — ciales belli
culum:ecce grumentum:ecce fesulæ:ecce carseoli reseratæ:nuceriæ & picentiu:cædibus ferro & igne — dux
uastantur:fusæ Rutilii copiæ:fusæ Cepionis:nam ipse Iulius Cæsar exercitu amisso cum in urbẽ cruẽ
tus referretur.miserabili funere:mediam etiam urbem per uiam fecit.Sed magna populi romani for
tuna:& semper in malis maior:totis de suo uiribus insurrexit:aggressiq; singulos populos.Cato discu — Cato
tit ethruscos:Gabinius marsos:Carbo lucanos:Sylla sãnites:Strabo uero Pompeius omnia flammis — Gabinius
ferroq; populatus:non prius finem cædium.q̃ Asculi euersione manibus tot exercituum consulariũ: — Ro. duces
direptarumq; urbium diis litaretur. — Carbo

Sylla

BELLVM SERVILE.

Pompeius

Strabo

Tcũq; & si cum sociis nephas:cũ liberis tamẽ & ingenuis dimicatũ est. Quis æquo ani
mo ferat in principe gentium populo bella seruorum?Primum seruile bellũ inter ini
tia urbis Herdonio duce Sabino:in ipsa tentatum est:cum occupata tribunitiis seditio — Herdonius
nibus ciuitate capitolium obsessum est:& a consule captum. Sed hic tumultus magis
fuit q̃ bellum.Mox imperio per diuersa terrarum occupato: quis crederet Siciliã mul
to ciuetius seruili:q̃ punico bello esse uastatam?terra frugum ferax:& quodammodo
suburbana prouincia late fundis ciuium latinorum tenebatur.Hic ad cultum agri frequentia ergastu
la:cathenariq; cultores materiam bello præbuere.Syrus quidam nomine Eunus:magnitudo cladiũ — Ennus
facit ut meminerimus:fanatico furore simulato:dum Syriæ deæ cemonias iactat ad libertatem & ar — Syrus
ma seruos quasi numinum imperio concitauit:idq; ut diuinitus fieri probaret:i ore abdita nuce: quã
sulphure & igne stipauerat:leuiter inspirans flammam inter uerba fundebat.Hoc miraculum primũ
duo milia ex obuiis:mox iure belli refractis ergastulis.lx.amplius milium fecit exercitum. Regisq;
nequid malis deesset decoratus insignibus:castella:oppida:uicos miserabili direptiõe uastauit. Illud — Art. Euni
quoq; in ultimum belli dedecus capta sunt castra prætorum:nec nominare ipsos pudet:castra Mãn — Syri com
nilii:Lentuli:Pisonis:Hipsei.Itaq; qui per fugitiuos distrahi debuissent:prætorios duces pfugos præ — mentum
lio ipsi sequebantur. Tandem Perpenna imperatore supplicium de eis sumptum est.Hic enim uictos
& apud Ennam nouissime obsessos cum fame quasi pestilentia consumpsisset: reliquias latronum
cum pedibus cathenis religauit:crucibusq; puniuit.Fuitq; de seruis ouatione contentus:ne dignitatẽ
triumphi seruili inscriptione uiolaret. Vix dum respirauerat insula:cum statim a seruis & a Syro redi
tur ad cilicem.Athenio pastor interfecto domino:familiam ergastulo liberatam sub signis ordinat. — Syri isignia
Ipse ueste purpurea argenteoq; bacculo:& regium in morem fronte redimita non minorem:quam il
le fanaticus prior conflat exercitum:acriusq; multum:quasi & illum uindicaret.uicos:castella:oppida
diripiens:in dominos:in seruos infestius:q̃ in transfugas sæuiebat. Ab hoc quoq; prætoris exercitus
cæsi:capta Seruilii castra capta Luculli:sed Aquillius Perpennæ usus exemplo interclusum hostẽ cõ
meantibus ad extrema compulit:cõmuuitasq; copias armis:fame facile deleuit.Dedissentq; se nisi sup — Seruiles co
pliciorum metu uoluntariam mortem pertulissent.Ac ne de duce quidẽ suppliciũ exigi potuit quã — piæ deletæ
uis in manus uenerit:quippe dum circa ad deprehendẽdũ cum multitudo contendit:inter rixam num
manus præda lacerata est:

BELLVM SPARTICVM.

Nimuero seruilium armorum dedecus feras:nam & ipsi per fortunam in omnia obno
xii:tamen quasi secundum hominum genus sunt:& i bona libertatis nostræ adoptant

Spartacus bellum Spartaco duce concitatum: quo nomine appellem nescio quippe cum serui militauerint: gla-
Chrysus diatores imperauerint: illi infimæ sortis homines: hi pessimam auxere ludibrio calamitatem. Sparta-
Oenomaus cus: Chrysos: & Oenomaus: effracto lentuli ludo: cum septuaginta aut amplius eiusdem fortunæ uiris
eruperũt Capua: seruisq; ad uexillum & ad auxilium uocatis: cum statim decẽ amplius milia coissent
hominees: non modo effugisse contenti: iam uindicari etiam uolebant. Prima uelut ara uiris mõs Ve
Vesuuius suuius placuit: ibi cum etiam obsiderentur a Clodio glabro per fauces caui montis uitigineis delapsi
uinculis ad imas eius descendere radices: & exitu in uno nihil tale opinantis ducis subito ĩpetu castra
rapuere. Inde alia castra. Deinceps ihoram: totamq; peruagantur campaniam: nec uillarũ atq; uicorũ
uastatione contenti: nolam atq; nuceriam: turios atq; metapontum terribili strage populãtur: afflué
ribus in diem copiis. Cum iam esset iustus exercitus e uiminibus pecudumq; tegumentis inconditos
sibi clypeos: & ferro ergastulorum recocto: gladios ac tela fecerunt. Ac ne quod decus iusto deesset ex
ercitui domitis obuiis gregibus paratur equitatus: captaq; de prætoribus insignia & fasces ad ducem
detulere: nec abnuit ille de stipendiario thrace miles: de milite desertor: inde latro: deinde in honore
uirium gladiator: qui defunctorum quoq; prælio ducum funera imperatoris celebrauit exequiis ca-
ptiuosq; circa rogum iussit armis depugnare. Quasi Plane expiaturus omne præteritũ dedecus si de
Munerator gladiatore munerator fuisset. Inde iam consulares quoq; aggressus in Apennino Lentuli exercitum ce-
cidit: apud Mutinam Caii Crassii castra deleuit. Quibus elatus uictoriis de inuadenda urbe romana
quod satis est turpitudini nostræ deliberauit: tandem etiam totis uiribus contra Mirmillonem con-
surgitur: pudoremq; romanum: Licinius Crassus asseruit: a quo pulsi fugatiq;: pudet dicere hostes in
extrema italiæ consurrexerunt: ibi circa brutium angulum clusi: cum fugam in siciliam pararent: neq;
nauigia suppeterent: ratesq; ex cratibus: & dolia connexa uirgultis in rapidissimo freto frustra experi
Spartaci in rentur tandem eruptione facta: dignam uiris obiere mortem: & quod sub gladiatore duce oportuit:
teritus sine missione pugnatũ est. Spartacus ipse ĩ primo agmine fortissime dimicãs quasi ĩperator occisus est.

BELLVM CIVILE MARIANVM.

h Oc deerat unum populi Romani malis: iam ut ipse intra se particidiale bellum domi
stringeret: & in urbe media ac foro: quasi harena ciues cũ ciuibus suis gladiatorio mo-
re concorrerent: æquiore animo utcunq; ferrem: si plebei duces: aut si nobiles: mali sal
tem ducatum sceleri præbuissent. Cum uero: proh facinus: qui uiri: qui imperatores.
decora & ornamenta sæculi sui Marius & Sylla pessimo facinori suam etiam dignita-
tem præbuerunt: tribus ut sic dixerim syderibus agitatum ẽ. Primo & leui & modico
tumultu: maiore q̃ bello: intra ipsos armorum duces subsistente sæuitia. Mox atrocius & cruentius p
totius uiscera senatus grassante uictoria. Vltimum non ciuicam modo: sed hostilem quoq; rabiẽ sup-
gressum est: cum armorum furor totius italiæ uiribus niteretur: eousq; odiis sæuientibus: donec de-
Causa pri- essent: qui occiderentur. Initium & causa belli inexplebilis honorum marii fames: dum decretam Syl-
mi ciuilis læ prouinciam Sulpitii lege sollicitat. Sed impatiens iniuriæ statim Sylla legiones circũegit: dilatoq;
belli Mithrydate exquilia Collinaq; porta gẽinum agmen urbi infudit. Vnde cum subito Sulpitius & Al-
bino uanus obiecissent cateruas: sudesq;: & saxa undiq; a mœnibus ac tela iacerentur: ipse quoq; iacu
latus incendio uiam fecit: arcemq; capitolii: quæ pœnos quoq; gallos etiam Senonas euaserat. quasi
captiuam uictor insedit: cum ex consulto senatus aduersariis hostibus iudicatis: in præsentem tribu
num: aliosq; diuersæ factionis iure sæuitum est. Marium seruilis fuga exemit: ĩmo fortuna alteri bel-
lo reseruauit. Cornelio Cinna Cneo Octauio consulibus male obrutum resurrexit incendiũ: & qui-
dem ab ipsorum discordia: cum de reuocandis: quos senatus hostes iudicauerat ad populum referre-
Cinna urbe tur: cincta quidem gladiis contione: sed uincentibus: quibus pax: & quies potior: profugus patria sua
pellitur Cinna confugit ad partes: redit ab africa Marius: clade maior: siquidem carcer: cathenæ: fuga exiliũ
horrificauerant: dignitatem itaque ad nomen tanti uiri lare concurritur: seruitia proh nefas: & erga-
stula armantur: & facile inuenit exercitum miser imperator. Itaque ui patriam reposcens: unde ui
fuerat expulsus: poterat uideri iure agere nisi causam suam sæuitia corrumperet: sed cum diis ho
minibusque infestus rediret: statim primo impetu cliens & alumna urbis hostia nefanda strage di
Cinna ripitur. Mox io urbem quadruplici agmine intratur: diuisere copias Cinna: Marius. Carbo: Ser
Marius torius. Hic postquam manus omnis Octauii depulsa ianiculo est: statim ad principum cædem
Carbo signo dato aliquanto sæuius: quam aut in punica: aut in cymbrica urbe sæuitur. Octauii consu-
Sertorius lis caput pro rostris exponitur. Antonii consularis in Marii ipsius mensis: Cæsar & Fimbria in pe
natibus domorum suorum trucidantur. Crassi pater & filius in mutuo alter alterius aspectu. Bebiũ
atq; Numitoriom per medium forum unci traxere carnificum. Catulus se ignis haustu ludibrio
hostium exemit. Metula flammendialis in capitolio Iouis ipsius oculos uenarum cruore respsit.
Senatorũ Arcarius ipso uidente Mario cõfossus est: qa fatalẽ illã scilicet non manũ porrexerat salutanti. Hæc
cædes tot senatus funera ĩtra calẽdas & idus Ianuarii mẽsis: septia illa marii purpura dedit: quid futuræ fuit

si annum consularis impleffet. Scipione Norbano quinto consule tertius ille turbo ciuilis insaniæ to
to furore detonuit: quippe cum hinc .viii. legiones: inde quingentæ cohortes starent in armis. Inde ab
asia cum uictore exercitu Sylla properat: & sane cum tam ferus in syllanos Marius fuisset quanta sæ-
uitia opus erat: ut sylla de Mario uindicaretur. Primum apud capuam sub amne Vulturno signa con-
currunt: & ibi statim Norbani fusus exercitus: statim omnes scipionis copiæ ostentata spe pacis op-
presse. Tum Marius iuuenis & Carbo consules: quasi desperata uictoria: ne multi perirent: sanguine
senatus sibi parentabant: obsessaq; curia: sic de senatu: quasi de carcere qui iugularentur educti. Quid
funerum in foro in circo: in patentibus templis? Nam cum mutius sceuola pontifex uastales ample-
xus aras: tantum non eodem igne sepelitur. Lamponius atq; Thelesinus samnitũ duces atrocius Pyr- Lãponius
rho & Hannibale campaniam ethturiamq; populãtur. & sub spem partium se uindicant. Apud sacri- Thelesinus
portum: collinamq; portã debellatæ omnes hostium copiæ. Ibi Marius hic Thelesinus oppressi: nec
idem tamen cædium: qui bello: finis fuit. Stricti enim & in pace gladii: animaduersumq; in eos: qui se
sponte dederant minus est. Quod sacriportum. apud Collinam. lxx. amplius milia sylla concidit: bel-
lum erat: quatuor milia deditorũ inermium ciuium in uilla pub. interfici iussit: isti tot in pace nõ plu-
res sunt: quis autem illos potest computare: quos in urbe passim quisquis uoluit occidit? donec ad-
monente Fursidio uiuere aliquos debere: ut essent: quibus imperarent: proposita est ingens illa tabu
la: & ex ipso equestri ordinis flore ac senatu duo milia electi qui mori iuberentur: noui generis editũ
pigetq; post hæc referri ludibrio abdita fata carbonis: fata sorãi p̃toris atq; denulen: Bebiũ sine ferro ri
tu ferarum inter manus laceratum marium ducis ipsius fratrem apud catuli sepulchrũ: oculis: mani-
bus: cruribusq; defossis seruatum aliquandiu: ut per singula membra moreretur: positis singulorum
hominum fere pœnis: municipia italiæ splendidissima sub hasta uenierũt, spoletum: interamnũ: præ
neste. Florentia. nam Sulmonem uerius oppidum socium atq; amicum: facinus indignum: nondum
expugnatum: ut obsides iure belli: & mõ morti damnati duci iubentur sic dãnatũ ciuitaté iussit Sylla
deleri.

BELLVM SERTORIANVM.

b Ellum sertorianum quid aliud: q̃ Syllanæ proscriptiõis hæreditas fuit? hostile potius Sertorii ier-
an ciuile dixerim nescio: q̃ppe q̃ lusitani celtiberiq; romano cesserint duce: exul & pro rores
fugus feralis illius tabulæ uir summæ quidem: sed calamitosæ uirtutis: malis suis ma-
ria terrasq; permiscuit: etiam afri cæ: iam balearibus insulis fortunã expertus: missusq;
in occeanum: fortunatasq; insulas penetrauit: tandem Hispaniam armauit: ut cum ui-
ris facile conuenit: nec aliter magis apparuit hispani militis uigor: q̃ romano duce: q̃q̃
ille non contentus hispania: Ad Mithrydatem quoq; ponticosq; respexit: regemq; classe iuuit & q̃d
futurum fuit: satis tanto hosti: uno imperatore resistere: res romana nõ potuit. Additus Metello Cne
us Pompeius: hi copias uiri diu & ancipiti semper acie atriuere: nec tamen prius bello: q̃ suorum scele
re & insidiis extinctus. Copias eius prope tota hispania persecuti: diu & ancipiti semper acie domaue-
runt. Prima per legatos certamina habita: cum hic Domitius & Horius: inde herculei proluderent:
mox his apud Segoniam: illis apud Anam flumen oppressi: ipsi duces cominus inuicem experti: apud
Lauronem atq; Sucronem æquauere clades. Tum illis ad populationem agrorũ: his ad urbium exci-
dia conuersis: misera inter romanos duces hispania discordiæ pœnas dabat donec oppresso domesti-
ca fraude Sertorio: uictoq; deditoq; Perpenna: ipse quoq; in romanam fidẽ uenere urbes: ostater: me- Sertorius
studia: ualentia: auxima: & in fame nihil non experta calagurris: Sic recepta in pacem Hispania: uicto- suorũ frau-
res duces externum id magis: q̃ ciuile bellum uideri uoluerunt ut triumpharent. de oppres-
sus est

BELLVM CIVILE SVB LEPIDO.

Arco Lepido Quinto Catulo consulibus: ciuile bellum pœne citius oppressum est: q̃
inciperet: sed quantum lateq; fax illius motus ab ipso Syllæ rogo exarsit. Cupidus nãq;
m rerum nouarum per insolentiam Lepidus: acta tanti uiri rescindere parabat: nec im-
merito: si tamen posset sine magna clade reipublicæ. Nam cum iure belli Sylla dicta-
tor proscripsisset inimicos: qui supererant: reuocante Lepido: quid aliud: q̃ ad bellum Lepidi mo
uocabantur. Cum damnatorum ciuium bona addiciente Sylla: quãuis male capta: tus post Syl
re tamẽ repetitio eorũ procul dubio labefactabat compositam ciuitaté. Expediebat ergo quasi ægræ læ interitũ
fauciæq; reipu. requiescere quocunq;: ne uulneta curatione ipsa rescinderent. Ergo cũ turbidis cõci-
onibus: uelut classico ciuitaté terruisset: p̃fectus in ethruriã arma inde & exercitum urbi admouerat.
Sed iam miluium pontem: collẽq; ianiculum Luctatius Catulus Cneus Pompeius Syllanæ domina-
tionis duces atq; signiferi alio exercitu insiderant. A quibus primo statim ĩpetu retropulsus: hostisq;
a senatu iudicatus: in cruẽta fuga ethruriam: unde sardiniam recessit. Ibi quoq; morbo & pœnitentia
interiit. Victores q̃ non tenuere aliis in ciuilibus bellis pace contenti fuerunt.

L.FLORII EPITHOMATIS LIBER QuARTVS INCIPIT.

BELLVM CATILINAE.

Atilinam luxuria primum: tum hinc conflata ægestas rei familiatis. simul occasio:
q in extremis finibus mundi: arma romana peregrinabantur: in nefana cõsilia op
primendæ patriæ suæ compulere: senatum confodere: consules trucidare: distrin-
c gere incẽdiis urbẽ: diripere ærariũ: totã deniq; rẽp. fũditus tollere: & qcq d nec Hã
nibal uidere͂ optasse. Quibus o nefas sociis aggressus ẽ ipse patritius: sed hoc mu-
Atť. fœdus nus ẽ. Cum Porcii: Syllæ: Cethegi: Antonii: Vargũteii: atq; Lõgini: quæ familiæ: q̃
humão san senatus insignia! Lentulus quoq; tunc maxime prætor: hos omnis immanissi faci-
guine sanci noris satellites habuit. Additum est pignus coniurationis sanguis humanus: quem circumlatum pate
tum tis bibere summum nefas: nisi amplius esset propter quod biberunt. Actum erat de pulcherrimo im-
perio: nisi illa coniuratio in Ciceronem & Antonium consules incidisset: quorum alter industria rem
Fuluia patefecit: alter manus oppressit. Tanti sceleris indicium per Fuluiam emersit: uilissimum scortũ: sed
patriciis innocens: consul habito senatu in præsentem parricidam reum Cicero perorauit: sed nõ am
plius profectum: q̃ ut hostis euaderet: seq; palam professo incendium suum restincturum ruina mina
retur: ut ille quidem a præperatum a Manlio in Ethruria exercitum proficiscitur: signa illaturus urbi
Lentulus destinatum familiæ suæ sybillinis uersibus regnum sibi uaticinans: ad præstitutum a Cati
Allobrogũ lina diem urbe tota uiros: faces: tela disponit. Nec ciuili conspiratione cõtẽtus: legatis allobrogum: q
indicium tum forte aderant: in arma sollicitatis: & isset ultra alpes furor: nisi altera proditione. Vulturtii præ-
toris litteræ tenerentur statim Ciceronis imperio iniecta est barbaris manus: palam prætor in senatu
conuincitur. De supplicio agentibus Cæsar parcendum dignitati: Cato animaduertendum pro scele
re censebat: quam sententiam secutis omnibus in carcere parricidæ strangulantur: q̃uis parte coniu-
Catilina oc rationis oppressa: tamen ab incepto Catilina non destitit. Sed infestis ab ethruria signis patriam perẽs
ciditur obuio Antonii exercitu opprimitur: q̃ atrociter dimicatum sit exitus docuit. Nemo hostiũ bello sup-
fuit: quem quis in pugnando ceperat locum cum amissa animo corpore tegebat Catilina longe a suis
inter hostium cadauera repertus est: pulcherrima morte: si pro patria sic concidisset.

BELLVM CAESARIS ET POMPEI.

Am pœne toto orbe pacato: maius erat imperium romanum: q̃ ullis externis uiribus
extingui posset. Itaq; inuidens fortuna principi gentium populo: ipsum illum in exitiũ
i suum armauit: ac Mariana quidem Cinnanaq; rabies intra urbem præcluserat: quasi
experiretur syllana tempestas. Latius intra italiam tum detonuerat Cæsaris furor atq;
Pompei urbem: italiam: gentes nationes: totum deniq; quam patebat imperium quo-
dam quasi diluuio & cum inflammatione corripuit: Adeo ut non recte tantum ciuile
dicatur: ac ne sociale quidem: sed nec externum sed potius commune quoddam ex omnibus & plusq̃
bellum. Quippe si duces eius inspicias: totus senatus in partibus: si exercitus hic: xi. legiões: inde. xviii.
Auxiliares flos omnis & robur italici sanguinis: si auxilia sociorum: hinc gallici germaniq; delectus: inde Deiota
Cæsaris & rus: Ariobarzanes: Tarchom: Dimotus Corinthius: omnis thraciæ: cappadociæq;: ciliciæ: macedõiæ
Pompei co græciæ: italiæ: totiusq; robur orientis si moram belli: quattuor annis: & pro clade rerum breue tem-
piæ pus: si locum & spacium ubi commissum est: intra italiam: inde se in galliam: hispaniam deflexit. Re-
uersumq; ab occasu totis uiribus in epyro: thessaliaq; consedit: hinc ægyptum subito transiliuit. Inde
respexit asiam: africæ incubuit. Postremo ĩ hispaniã remigrauit: & ibi aliquãdo defecit: sed nõ & odia
partium finita cum bello: non enim prius quieuere: q̃ in urbe ipsa medio senatu eorum qui uicti erãt:
odia uictoris sese cæde sociarent. Causa tantæ calamitatis: eademq; omnium nimia felicitas. Siquidẽ
Qu. Metel Quinto Metello & Lutio Afranio consulibus. cum romana maiestas toto orbe polleret: recen-
lus tesque uictorias: ponticos & armenios triumphos in Pompeianis theatris Roma cantaret; nimia
L. Afranius Pompei potẽtia apud ociosos (ut solet) ciues mouit inuidiam. Metellus ob imminutum cretæ trium
phum Cato aduersus potẽtes semper obliquus: detractare Pompeium: actisq; eius obstrepere. Hic do
lor transuersum egit: & ad præsidia dignitati paranda impulit: forte tunc Crassus genere diuitiis di-
Conspira- gnitate florebat: uellet tamen auctores opes. Caius Cæsar eloquentia & spiritu ecce iam consulatu
tio Pompei alleuabatur. Pompeius tamen super utrunq; eminebat. Sic igitur Cæsare dignitatem cõparare. Cras
Crassi & so augere. Põpeio retinere cupientibus: omnibusq; pariter potentiæ cupidis: de inuadenda repu. facile
Cæs. conuenit: ergo cum mutuis uiribus in suum quisq; decus niteref: galliã Cæsar ĩuadit: Crassus Asiam.
Pompeius Hispaniã. Tres maximos exercitus: etiam sic orbis imperium societate trium principum
occupatur: decem annos traxit ista dominatio: exinde quoniam mutuo metu tenebãtur: Crassi mor
te apud parthos: & morte Iuliæ Cæsaris filiæ: quæ nupta Põpeio generi socerĩq; concordiã matrimo-

nii fœdere tenebat:statim æmulatio erupit. Iam Pompeio suspectæ Cæsaris opes:& cæsari pompeia-
na dignitas grauis:nec hic ferebat parem:nec ille superiorem:nefas sic de principatu laborabant:tãq̃
duos tanti imperii fortuna non caperet:ergo Lentulo Marcelloq; consulibus:rupta prima cõiuratio Lentulus
nis fide:de successione Cæsaris senatus:idemq; Pompeius agitabat:nec ille abnuebat:si ratio sui pro- Marcellus
ximis comitiis haberetur consulatus:absenti quem decem tribus fauente Põpeio nuper decreuerant
Tum dissimulante eodem negabant:ueniret & peteret maiorum more:ille cõtra flagitare decreta ac
nisi in fide permanerent:non se remittere exercitum:ergo ut:in hostem decernitur. His Cæsar agita-
tus statuit præmia armorum armis defẽdere. Prima ciuilis belli harena Italia fuit:cuius arces leuibus
præsidiis Pompeius insederat:sed omnia subito Cæsaris impetu oppressa sunt:prima Arimino signa
cecinerunt. Tum pulsus ethruria Libo:umbria Thermus:Domitius corfinio:& peractum erat bellũ
sine sanguine:si Pompeium brundusii:opprimere:ut cœperat potuisset. Sed ille per obsessi clau- Pompeii fu
stra portus; nocturna fuga euasit; turpe dictu; modo princeps patrum pacis bellique moderator; ga
per triumphatum a se mare; lacerata & pœne inermi naui fugiebat. Nec Pompeius ab italia q̃ se-
natus ab urbe fugatur prior:quam pœne uacuam metu Cæsar ingressus consulem seipse facit. Aera-
rium quoq; sanctum quod quia tardius aperiebant tribuni:iussit effringi:censumq; & patrimonium Aerarii di-
populi Romani ante rapuit: q̃ imperium. Pulso fugatoq; Pompeio maluit prius ordinare prouincia reptio
q̃ ipsum sequi. Siciliam & Sardiniam Annonæ pignora:per legatos habuit:nihil hostile erat in Gallia
pacem ipse fecerat:Sed ad hispanienses Pompei exercitus transeunti:per eam duci portas claudere au
sa Massilia est:misera dum cupit pacem:belli metu:in bellum incidit:sed quia tutis muris erat uici eã Massiliæ
sibi iussit absenti. Græcula ciuitas non pro mollicia nominis:& uallum cepere:& incẽdere machinas obsidio
ausa:& congredi nauibus. Sed Brutus cui mandatum erat bellum:uictos terra mariq; pdomoit: mox
dedentibus sese ablata omnia. præter q̃ potiorem omnibus habebant libertatem. Anceps uariumq;
& cruentum ĩ hispania bellũ; cum legatis Cnei Pompei Petreio & Afranio:quos Ilerdæ castra haben
tes:apud Sycorin amnem obsidere:& ab oppido intercludere aggreditur. Interim ab undatione uer-
ni fluminis commeatibus prohibet:sic fame castra tentata sunt:obsessorq; ipse quasi obsidebat. Sed
ubi pax fluminis redit:populationibus & pugna campos aperuit. Iterum ferox instat: & cedentes ad
celtiberiam consecutus:aggere & uallo:& per hæc siti,ad deditionem compulit. Sic citerior hispania Hispaniæ a
recepta est:nec ulterior moram fecit:quid enim una post quinq; legiones. Itaq; ultro cedente Varro- Cæsare reci
ne:gades:fretum:oceanus:oĩa fœlicitatẽ Cæsaris sequebantur. Aliquid tamen aduersus absentem du piuntur
cem ausa fortuna est. Circa Illyricum & africam:quasi de industria prospera eius aduersis raderentur.
Quippe cum fauces adriatici maris iussi occupare Dolobella & Antonius. Ille illyrico:hic cretico lit
tore castra posuissent:iam maria late tenente Pompeio repente castra legatus eius Octauius Libo in-
gentibus copiis classicorum utrunq; circũuenit:deditionem fames extorsit Antonio: Missæ quoq; a
Basilio in auxilium eius rates:quales inopia nauium fecerat:noua Pompeianorum arte cilicum actis Opitergi-
sub mare funibus captæ quasi per indaginẽ:duas tamen æstus explicuit:una quæ opiterginos ferebat norum fa-
in uadis hæsit memorandũq; posteris exitum dedit. Quippe uix mille iuuenum manus circũfusi un- cinus
diq; exercitus:per totum diem tela sustinuit:& cũ exitum uirtus non haberet:tamen ne in deditionẽ
uenirent hortãte tribuno Vlteio mutuis ictibus ĩ se concurrit. In africa quoq; par & uirtus:& calami
tas Curionis fuit:qui ad recipiendum prouinciam missus pulso fugatoq; Varo iam superbus; subitũ
iubæ regis aduentum equitatumq; maurorum sustinere nõ potuit. Patebat uicto fuga:sed pudor sua-
sit:ut amissum sua temeritate exercitum morte sequeretur. Sed iam debitum par fortuna flagitante se Cæsar ĩ epi
dem bello Pompeius epyron elegerat. Nec Cæsar mora Quippe ordinatis a tergo omnibus quamuis rũ traiicit
hyems media prohiberet tempestate ad bellum nauigauit:positisq; ad oricum castris:cum pars exer-
citus ob inopiam nauium cum Antonio dimissa brundusii moram faceret:adeo impatiens erat:ut ad
arcessendos eos ardente uentis mari nocte cõcubia:speculatorio nauigio solus ire temptauerit; extat
ad trepidum tanto discrimine gubernatorem. uox ipsius. Quid times? Cæsarem uehis. Contractis in
unum undiq; omnibus copiis:positisq; cominus castris:diuersa erant ducum consilia. Cæsar pro natu
ra ferox:& conficiendæ rei cupidus:ostentare aciem:prouocare:lacessere:nunc obsidione castrorum
quæ sexdecim milium uallo obduxerat. Sed quid his obesset obsidio? qui patẽte mari omnibus copiis
abundarent. Nunc expugnatione dyrrachii irrita:quippe quam uel situs inexpugnabilem faceret. Ad Scæuæ uir
hoc assiduis in arruptionem hostium præliis:quo tempore egregia uirtus Scæuæ cẽturionis emicuit: tus
cuius in scuto centum atq; uiginti tela sedere. Iam uero dirreptione urbium sociarum cum oricum &
Gomphos:& alia castella thessaliæ uastarent. Pompeius aduersus hæc nectere moras tergiuersari si-
mul:ut hostem interclusum undiq; inopia commeatum terreret:utq; ardentissimi ducis consenesce
ret impetus. Nec diutius profuit duci salutare consilium milites o num:socii moram: Principes ambi Copiæ quæ
tum ducis increpabant. Sic præcipitantibus fatis prælio functa est thessalia:& philippicis campis ur- in thessalia
bis imperii generis humani fata commissa sunt:nunquam ullo loco tantum uirium populi Romani. confluxere
tantum dignitatis fortuna uidit:trecenta amplius milia;hic & illinc præter auxilia regum & senatus.
Nunquam imminentis minæ manifestiora prodigia;fuga uictimarum examina;insignes interdiu te-

nebræ dux ipse & nocturna imagine theatri sui audiens plausum in modum planctus circumsonare:
& mane cum pullo amiculo. nefas apud principia conspectus est. Nunquam acrior neq; alacrior exer
Pompeii fuga — citus Cæsar fuit. Inde classica prius: inde tela: annotatum quoq; committentis aciem Crastini pilum.
Qui mox adacto in os gladio: sic inter cadauera repertus: libidinem ac rabiem qua pugnauerat ipsa no
uitate uulneris præferebat. Sed nec minus admirabilior illius exitus belli. Quippe cũ Põpeius adeo
equitum copia abundaret: ut facile circumuenturus sibi Cæsarem uideretur circũuentus ipse est. Nã
cum diu æquo marte contenderet: iussuq; Pompeii fusus a cornu erupisset equitatus repente hic si-
gno dato; germanorum cohortes tantum in effusos equites fecere impetum: ut illi esse pedites: illi ue
nire in equis uiderentur. Hanc stragen fugientis equitatus leuis armaturæ ruina comitata est; tunc
terrore latius dato: turbantibus inuicem copiis: reliqua strages quasi una manu facta est. Nec ulla res
magis exitio fuit q̃ ipsa exercitus magnitudo. Multus in eo prælio Cæsar fuit: mediusq; inter impera
Pompeii interitus — torem & militem; uoces quoq; ob equitantis exceptæ altera cruenta; sed docta & ad uictoriam efficax
miles faciem feri: altera ad iactatioẽ composita; parce ciuibus cum ipse sequeretur. Felicem utcũq;
in malis Pompeium; si eadem ipsum quæ exercitum eius fortuna traxisset; superstes dignitatis suæ
uixit; cum maiore dedecore per thessalica tẽpe equo fugeret pulsus ĩ deserto ciliciæ scopulo fugam in
parthos africam uel ægyptum agitaret. Ut deniq; in pelusio littore imperio uilissimi regis consilii in
spadonum & ne quid malis desit. Septimii desertoris sui gladio trucidatus: sub oculis uxoris suæ
liberorumq; moreretur. Quis non peractum eẽ cum Pompeio crederet bellum? at qui acrius mul-
to atq; uæhementius thesalici incendii cineres recaluere; & in ægypto quidem aduersus Cæsarem
sine partibus bellum; quippe cum Ptolemæus rex Alexandriæ summum ciuilis belli scelus peregis
set; fœdusque amicitiæ cum Cæsare medio Pompei capite sanxisset; ultionem clarissimi uiri ma
nibus quærente fortuna causa non defuit. Cleopatra regis soror affusa Cæsaris genibus partem
regni reposcebat. Aderat puellæ forma; & quæ duplicaretur ex illo; ꝙ talis passa uidebatur iniu
riam; odium ipsius regis; qui Pompeii cædem partium fato nõ Cæsari dederat haud dubie idem in
ipsum ausurus si expedisset. Quam ubi Cæsar restitui iussit in regnum; statim ab eisdem percus
soribus Pompeii obsessus in regia; q̃uis exigua manu ingentis exercitus molem mira uirtute susti-
tuit. Ac primum edificiorum proximorum atq; naualium incendio ĩfestorum hostium tela submo
uit. Mox peninsulam Pharon subitus euasit. Inde depulsus in maria mira felicitate ad ꝓximam clas-
sem enatauit. Relicto quidem in fluctibus paludamento; seu fato; seu cõsilio ut illud ingruẽtibus ho
stiũ telis saxisq; peteret. Tamẽ receptus a classicis suis undiq; simul hostes adortus de ĩbelli ac perfida
Theodotus — gente iusta generi manibus dedit. Quippe & Theodotus magister. auctor totius belli; & ne ui-
Photinus — rilia quidem portenta Photinus atque Ganymedes diuersi per mare & transfugio & morte consum
pti. Regis ipsius corpus obrutum in limo repertum est in aureæ loricæ honore. In Asia quoque no-
uus rerum motus a ponto plane; quasi de industria captante fortuna hũc mithrydatico regno exitũ:
Celerima de Pharnace uictoria — ut a pompeio pater: a Cæsare filius uinceretur. Rex Pharnaces magis discordiæ nostræ fiducia; q̃ uir-
tutis suæ; infesto in Cappadociam agmine ruebat. Sed hunc Cæsar aggressus uno; & ut sic
dixerim non toto prælio obtriuit more fluminis: quod uno eodemq; momento uenit; percussit; ab-
scessit. Nec uana de se prædicatio est Cæsaris; ante uictum hostem esse; quam uisum. Sic cum exteris.
An in africa cum ciuibus multo atrocius q̃ in Pharsalia huc reliquias partium naufraga quidam furo-
ris æstus expulerat. Nec reliquias diceres; sed integrum bellum; sparsæ magis q̃ oppresse uires erant.
Auxerat sacramentum ipsa clades imperatoris. Nec degenerabat ducum successio. Quippe satis am-
ple sonabant in Pompeiani nominis locum Cato & Scipio. Accessit copiis mauritanus rex Iuba: uide
licet ut latius uinceret Cæsar. Nihil ergo inter Pharsaliam; & Thapson: nisi ꝙ amplior eoq; acrior cæ
sarianorum impetus fuit: indignantium post Pompeium creuisse bellum. Deniq; ꝙ alter nunq̃ ante
imperium ducis sua sponte signa cecinerunt strages a Iuba cœpit. Et elephanti bellorum rudes. & nu-
per a silua consternati subito glanglore: statim & exercitus in fugam; & duces fortius; q̃ ut effugerent.
Scipionis exitus — Non in conspicua tamen morte omnium iam Scipio naue fugiebat; & assecutus hostibus gladium p
Iubæ — uiscera exegit: & ubi esset quondam requirente; respondit hoc ipsum; bene se habet ĩperator. Iuba cũ
Petreii interitus — se recepisset in regiam magnifice epulatus; postero die cum Petreio fugæ comite superq; mensas & po
cula interficiendum se ei præbuit; ille & regi sufficit & sibi. Cum interim semesi in medio sciphi & pa
rentalia fercula regio simul Romanoq; sanguine madebant. Cato non interfuit bello positisq; ad bra
gadam castris: uticam uelut altera africæ claustra seruabat. Sed accepta partium clade nihil cũctatus;
ut sapiente dignum erat: mortem etiam lætus acciuit. Nam postq̃ filium comitesq; ab amplexu dimi
sit; in nocte lecto ad lucernam Platõis libro: qui immortalitatem animæ docet; paulum quieuit; tum
circa primam uigiliam stricto gladio reuelatum manu pectus semel: iterumq; ꝑcussit. Ausi post hoc
uirum medici uiolare fomentis. Ille passus dum abscederent. rescidit plagas; secutaq; uis sanguinis mo
ribundas manus in ipso uulnere reliquit. Quasi non esset usquam dimicatum: sic arma rursus & par-
tes: quantoq; africa supra Thessaliam fuit: tãto africam superabat Hispania plurimũ; q̃tũ fauoris par-
tibus dabat fraternitas ducum & pro uno duos stare pompeios. Itaq; nusquam atrocius nec tam anci

pita Marte concursum est. Primum in ipso hostio oceani Varus Didiusq; legati conflixere. Sed acri-
us fuit cum ipso mari: q̄ inter se nauibus bellum. Siquidem uelut furorem ciuicum castigaret ocea-
nus: utranq; classem naufragio cecidit. Quinam ille horror? cum eodem tempore fluctus, procellæ: Oceani ius
armamenta confligerent? adde situs ipsius formidinem urgentia in unum hinc hispaniæ: inde mauri
taniæ littora: mare & intestinum & externum: imminentisq; Herculis speculas: cum omnia undiq; si-
mul prælio & tempestate sæuirent. Mox circa obsidiones urbium utrinq; discursum est. Quæ mise-
ræ inter hos atq; illos duces societatis romanæ pœnas dabant. Omnium postrema certaminum Mū-
da hic non pro cætera felicitate: sed anceps & diu triste prælium: ut plane uideret nescio quid delibe-
rare fortuna. Sane & ipse ante aciem mœstior non ex more Cæsar siue respectu fragilitatis humanæ:
siue nimiam prosperorum suspectā habens cōtinuationem: uel eadem timens: postquam idem esse
cœperat: q; Pompeius. Sed in ipso prælio: q; nemo unquam meminerat: cum diu pari marte acies ni-
hil aliud q̄ occiderent in medio ardore pugnantium subito ingens inter utrosq; silentium quasi con-
uenissent. hic omnium sensus erat nouissime illud inusitatum. Cæsaris oculis nephas: post. xiiii. an-
nos probata ueteranorum manus gradum retro dedit: q; & si nundum fugerat: apparebat tamen pu-
dore magis: q̄ uirtute resistere. Itaq; ablegato equo similis furenti primam in aciem procurrit. Ibi pen
sare fugientes confirmare per totum: deniq; agmen oculi: manibus: clamore uolitare dicitur in illa
perturbatione: & de extremis agitasse secum: & ita manifesto uultu fuisse: quasi occupare manu mor
tem uellet: nisi q; cohortes hostium quinq; per transuersam aciem actæ quas Labienus periclitanti-
bus castris presidio miserat: spem fugæ præbuissent: hoc aut & ipse credidit: aut dux callidus attribu-
it in occasionem & quasi fugientem inuectus: simul & suorum erexit animos: & hostes perculit. Nam
ii dum se putant uincere fortius sequi: inde Pompeiani dum fugere credunt suos: fugere cœperunt.
Quanta fuerit hostium cædes: Ira rabiesq; uictoribus sic æstimari potest. Hoc a prælio profugi cum
se mundæ recepissent: & Cæsar obsideri statim uictos imperasset: congestis cadaueribus ager effectus
est: quæ pilis iaculisq; confixa inter se tenebantur: fœdum etiam inter barbaras: sed uidelicet despe-
rantibus Pompei libellis. Cneum prælio profugum crure saucio deserta & auia petentem Cenonius Pompeio-
apud lauronem oppidum consecutus pugnantem nondum desperantem interficit. Sextum fortuna rum fratrū
in celtiberia interim abscondit: aliisq; post Cæsarem bellis reseruauit. Cæsar in patriam uictor inue alter occidi
hitur: primum de gallia triumphum transmiserat rhenus: rhodanus: & ex auro captiuus oceanus. Al- tur
tera lautus ægyptia tunc in ferculis Nilus. arsinoe & ad simulachrum ignium ardens pharus. Tertius
de pharnace currus & ponto. Quartus Iubam & Mauros: & bis subactam ostendebat hispaniam phar
salia & tharsos & munda nusquam: & quanto maiora erant de quibus non triumphabat hic aliquan-
do finis armis fuit. Reliqua pax incruenta pensatumq; clementia bellum nemo cæsus imperio præ-
ter Afranium. satis ignouerat semel: & Fastum Syllam: didicerat generosum timere: filiamq; Pompei
cum patruelibus ex Sylla hic posteris cauebatur. Itaq; non ingratis ciuibus omnes unum in princi-
pem congesti honores circa templa imagines in theatro distincta radiis corona: suggestus in curia: fa
stigium in domo mensis in cælo ad hoc pater ipse patriæ perpetuusq; dictator. Nouissime dubium
an ipso nolente: oblata pro rostris ab Antonio consule regni insignia. Quæ omnia uelut insulæ in de Cæsaris ho
stinatam morti uictimam congerebantur. Quippe clementiam principis uicit inuidia: grauisq; erat: nores
liberis ipsa beneficiorum potētia. Nec diutius dilatio donata est. Sed Brutus & Cassius aliiq; patricii
consenserunt in cædem principis: quanta uis fati Manauerat late coniuratio: libellus etiam Cæsari
datus eodem die: nec periclitare centum uictimis potuerat: uenit in curiam tamen expeditionem par
thicam meditans: ibi in curuli sedētem eum senatus inuasit: tribusq; & uiginti uulneribus ad terram
datus est: sic ille qui terrarum orbem ciuili sanguine impleuerat: tandem ipse sanguine suo curiam
impleuit. Cæsaris in-
teritus

CAESAR AVGVSTVS.

Opulus romanus Cæsare & Pompeio trucidatis: redisse in statum pristinæ libertatis
uidebat: & redierat: nisi aut Pompeius liberos: aut Cæsar hærede reliquisset uel quod
utroq; pniciosius fuit: si non collega quondā mox æmulus cæsarianæ est potentiæ fax
& turbo sequētis secundi superfuisset Antonius: quippe dū sextus paterna repetit tre- Vide ne se-
pidatū toto mari: dū Octauius mortē patris ulciscit: iterū fuit mouēda thessalia: dum culi & non
Antonius uarius igenio aut successorē cæsaris idignat octauiū aut amore cleopatræ secundi sit
desciscit i regē: nā aliter saluus eē nō potuit: nisi cōfugisset ad seruitutē: gratulādū tamē in tāta pturba legendum
batiōe est q; potissimū ad Octauiū Cæsarē Augustū summa rerū rediit: qui sapientia sua atq; solertia:
pculsum undiq; & pturbatū ordinauit iperii corpus: q; ita ut dubiæ nūq̄ coire & cōsentire potuisset:
nisi unius præsidis nutu quasi anima & mente regeretur: Marco Antonio & publio Dolobella consu
libus imperium romanum iam ad cæsares transferente fortuna: uarius & multiplex motus ciuitatis

fuit quodq; in annua cæli conuersione fieri solet: ut mota sydera tonẽt ac suo flexu tempestates signi ficent: sic cũ romanæ dominationis idest humani generis conuersione pœnitus intremuit omniq; ge nere discriminum ciuilibus: terrestribus: ac naualibus bellis omne imperii corpus agitatum est.

BELLVM MVTINENSE.

Rima ciuiliũ motuũ causa testamẽtũ Cæsaris fuit: cuius secũdus hæres Antonius prælatũ sibi Octauiũ furens, inexpiabile cõtra adoptionẽ acerrimi iuuenis susceperat bellũ qppe cũ intra decẽ & octo annos tenerũ & obnoxiũ & opportunũ iniuriæ iuuenem uideret: ipse plane & cõmilito cæsaris dignitatẽ laceraret furtis hæreditatẽ: ipsum insectari ꝓbris & cũctis artibus cooptationẽ Iuliæ gẽtis cũ inhibere nõ desineret. Deniq; ad deprimẽdũ iuuenẽ: palã arma moliri: & parato exercitu in cisalpina gallia resistentẽ motibus suis Deciũ Brutũ obsidebat Octauius Cæsar ætate & iniuria fauorabilis & noĩs maiestate: q sibi induerat: Reuocatis ad arma ueteranis: priuatus: quis crederet: consulem aggreditur: obsidio mutinæ liberat Brutum: Antonium exuit castris: tum quidem etiam manu pulchet apparuit. Nam cruẽtus & saucius aquilam a morieote signifero traditam: suis humeris in castra referebat.

Vide ne heredem sit legendum

Pulchtum augusti facinus

BELLVM PERVSINVM.

Lterum bellum concitauit agrorum diuisio: quos Cæsar ueteranis in castris pretium militiæ ꝑsoluebat: sẽp aliter Antonii pessimũ ingenium gladio cincta uirilis militiæ uxor agitabat: ergo depulsos agris colonos incitando iterum in arma ierat. Hic uero iã non priuatis, sed totius senatus suffragiis iudicatum hostem Cæsar aggressus intra perusiæ muros redegit: cõpulitq; ad extrema deditionis turpi & nihil non expertã fame.

Perusina fames

TRIVMVIRATVS.

VM solus etiã grauis paci: grauis reipublicæ esset Antonius: quasi ignis icendio lepidus accessit: quid contra duos exercitus necesse fuit uenire in crudẽtissimi fœderis societatẽ diuersa oĩum nota incendia: lepidũ diuitiarũ cupidũ: quarũ spes ex turbatione reipublicæ Antoniũ ultiones de eis: qui se hostem uindicassent. Cæsarẽ inultus pater & manibus eius graues Cassius & Brutus agitabant in hoc uelut fœdus pax inter tres duces componit: apud cõfluentes inter mutinã & bononiã iungũt manus: & exercitus cõsultãt: nullo bono more triũuiratus inuadit: oppressa armis republica redir syllana ꝓscriptio. cuius atrocitas nihil ĩ se minus habet q̃ numerũ. cxl. senatorũ exitus fœdi: truces: miserabiles toto terrarũ orbe fugientiũ ꝓ indignitare rei: imiscat Cæsarẽ auũculũ suũ lepidus, Iuliũ Paulũ suũ fratrẽ ꝓscripserit. Romæ capita cæsorũ ꝓponere in rostris iã usitatũ erat. Verũ sic quoq; ciuitas lachrimas tenere nõ potuit: cum rescissum Ciceronis caput in illis suis rostris uideretur: nec aliter ad uidendum eum: q̃ solebat ad audiendum cõcurreretur. Hæc scelera in Antonii lepidiq; tabulis: Cæsar percussoribus patris contentus fuit. Hæc quoq; nisi multa fuisset etiam iusta cædes haberetur.

Vide ne diuersa omnium nuta incendia: sit legendum

Vide quid sibi uelit hic immiscatur

BELLVM CASSII ET BRVTI.

Rutus & Cassius sic Cæsarem: quasi Tarquiniũ regem depulisse regno uidebant. Sed libertatem q̃ maxime restitutam uoluerũt: illo ipso parricidio perdidere. Igit̃ cæde ꝑfecta. cũ ueteranos Cæsaris nec immerito timerent: statim curia in capitolium confugerant. Nec illis ad ultionẽ deerat animus: sed ducem non habebant. Igitur cum appareret: quæ strages reipub. ĩmineret: displicuit ultio cũ cõsulis abolitione decreta. Ne ramẽ publici doloris oculos ferrent: ĩ ꝓuincias ab illo ipso quẽ occiderant Cæsare datas syriam & macedoniam concesserãt. Sic uindicta Cæsaris dilata potius q̃ oppressa ẽ: igitur ordinata magis ut poterat: quam ut decebat 10 triumuiros republica relicto ad urbis præsidium Lepido: Cæsar cum Antonio in Cassium Brutumq; succingitur. Illi comparatis ingentibus copiis eandẽ illã: quæ fatalis. Cn. Pompeio fuit: harenã ĩsederãt. Sed nec tum ĩminentia cladis destinatæ signa latuere. Nã & assuetæ cadauerũ pabulo uolucres castra quasi iam sua circũuolabãt. In aciẽ prodeuntibus obuius ethiops nimis aperte ferale signũ fuit. Ipsiq; Bruto per noctẽ cũ illato lumine ex more aliqua secũ agitaret: atra quædã imago se obtulit: & quæ esset ĩterrogata: tuus inquit malus genius hoc dixit & sub oculis mirantis euanuit. Pari in meliora præsagio in Cæsaris castris omina: aues: uictimæq; promiserant: Sed nihil præsentius q; Cæsaris medicus somnio admonitus: ut Cæsar castris excederet: quibus capi ĩminebat ut factũ est. Acie nanq; commissa cum pari ardore aliquãdiu dimicatũ foret: & quãuis duces nõ essent tunc præ-

sentes cum alterum corporis ægritudo:illum metus & ignauia subduxissent staret tamen pro parti-
bus inuicta fortuna:& ultoris:& q uindicabatur. Primũ adeo anceps fuit:& par utrũq; discrimé: ut exi Philippen-
tus ꝑlii docuit. Capta sũt hinc cæsaris castra:inde Cassii. Sed q̃to efficacior é fortuna q̃ uirtus:& q̃ uerũ sis pugnæ
est:ubi otiens afflauit non residet in uerbo;tantũ esse uirtuté uictoriá illi prælio error dedit. Cassius anceps for-
inclinato cornu suo;cũ captis Cæsaris castris rapido impetu recipientes se equites uideret:fugere ar tuna
bitratus euadit in tumulũ:inde puluere & strepitu etiam nocte uicina eximentibus gestæ rei sensum
cum speculator quoq; in id missus tardius renunciaret:transactum de partibus ratus:uni ex proximis Cassii inte-
auferendum præbuit caput. Brutus cum in Cassio etiam suum animum perdidisset:nequid ex consti ritus
tuti fide resignaret:ita enim par superesse bello conuenerat:ipse quoq; uni comitum suorum. confo-
diendum præbuit latus. Quis sapientissimos uiros non miretur:ad ultimum non suis manibus usos:
nisi hoc quoq; ex persuasione non defuit ne uiolarent manus:sed in abolitione sanctissimarum pien- Bruti inte-
tissimarumq; animarum iudicio suo:scelere alieno uterentur. ritus

BELLVM CVM SEXTO POMPEIO.

Vblatis percussoribus Cæsaris:supererat Pompei domus:alter iuuenũ in hispania oc-
ciderat:alter fuga euaserat:cõtractisq; infelicis belli reliquiis:cũ insup ergastula armas-
set:siciliam sardiniamq; habebat:iam & classe mediũ mare insederat. O q̃ diuersus a pa
tre:ille cilicas extinxerat:hic secum pyratas nauales agitaret. Tanta mole belli penitus
in siculo freto iuuenis oppressus est:Magniq; famam ducis ad inferos secum tulisse:si
nihil tentasset ulterius nihil nisi q magnæ indolis signum est sperare semper. Perditis
enim rebus profugit asiamq; uelis petit uenturus ibi in manus hostiũ:& cathenas & q miserrimum est Sexti pom-
fortibus uiris:ad hostiom arbitrium sub percussore moriturus. Nõ alia post Xerxem miserabilior fu- peii exitus
ga:quippe modo trecentarũ quinquaginta nauium dominus:cũ sex septem ue fugiebat extincto præ-
toriæ nauis lumine:annulis in mare abiectis pauens atq; respectans:& tamen non timens ne periret.

BELLVM PARTHICVM DVCE VENTIDIO.

Vamuis in Cassio & Bruto partes sustulisset in Pompeio totũ partiũ nomé abolesset
nõdũ tamé ad pacis stabilitaté ꝑfecerat Cæsar:cũ scopulus & nodus & in ora publicæ
securitatis superesset Antonius:nec ille defuit uitiis quin periret. Imo oĩa expertus ambi
tiu & luxuria:primũ hostes:deinde ciues:tãdé etiá terræ sæculũ liberauit. Parthi cla-
de crassiana altius aĩos erexerãt ciuilesq; populi. R. discordias læti acceperant. Itaq; ut Parthorũ
prima affulsit occasio nõ dubitauerũt erumpere:ultro qdé iuitãte labieno: q missus a eruptio
Cassio Brutoq;:q furor scelerũ sollicitauerat hostes í auxiliũ:& illi pacato duce regio iuuene dissipãt
antoniana ꝑsidia:Casca legatus ne ueniret in potestaté a gladio suo ĩpetrauit. Deniq; ablata syria:ema
nabat latius malũ:hostibus sub auxilii spé sibi uincétibus:nisi uétidius & hic legatus Antonii incredi
bili felicitate:& labieni copias:ipsumq; pacorũ:& oém particũ eqtatũ toto iter oronté & euphraté si-
nu late cecidisset. Viginti amplius milium fuit. Nec sine consilio ducis:qui simulato metu adeo pas-
sus est castris succedere:donec assumpto iactus spatio:adimeret usum sagittarum. rex fortissime dimi
cans cecidit. mox circumlato eius per urbes:quæ desciuerãt captæ syria sine bello recepta. Sic crassia-
nam cladem pacori cæde pensauimus.

BELLVM PARTHICVM CVM ANTONIO.

Xpertis inuicem parthis atq; romanis:cum crassus atq; pacorus utrinq; uirium mutua-
rum documenta fecissent:pari rursus reuerentia integrata amicitia. & qdé ab ipso fœ-
dus antonio cũ rege percussum. Sed ĩmésa uanitas hominis:dũ titulorũ cupidine ara-
xem & euphratem sub imaginibus suis labi concupisset:neq; causa:nec consilio: ac ne
imaginaria qdé belli conditione:quasi hoc quoq; ex arte ducis eét obrepere:relicta re-
pente syria in parthos ĩpetũ facit gens ꝑter armorũ fiduciá simulat trepidationé:& in Parthica
cãpos fugã. Hic statim quasi uictor sequebatur:cũ subito nec magna hostiũ ex ĩprouiso etiá ĩ fessos uia fraus
sob uespere uelut nĩbus erupit & missis undiq; sagittis duas legiões operuerũt. Nihil acciderat in cõ-
parationé cladis:quæ in posterũ diem ĩminebat. nisi ĩteruenisset deũ miseratio:unus ex clade crassia-
na:parthico habitu:castris adeq̃tat:& salute latine data cũ fidem ipso fecisset:qd ĩmineret:edocuit. iá
affuturũ cũ oĩbus copiis regé:irét retro:peterétq; montes:sic quoq; hosté fortasse nõ defore:atq; ita se
cuta est minor uis hostium:q̃ ĩminebat. Adfuit tamen deletæq; reliquæ copiæ forét nisi urgétibus te
lis ĩ modũ grandinis quadam foret:quasi docte ꝑcubuissent ĩ genua milites:& elatis sup capita scutis
cæsorũ specié præbuissent:tum parthus archus inhibuit:deinde romani cũ se rursus extulissent:adeo

ges miraculo fuit:ut unus ex barbaris miserit uocē. Ite & bene ualete romani merito uos uictores fama gentium loquitur:qui parthorum tela fugistis. Non minor ex aqua postea:quam ab hostibus excepta clades infesta primū siti regio cum quibusdam Salmacidis fluuius infestior:nouissimeq; cū iam ab inualidis & auide auriebatur:noxiæ etiam dulces fuere.

Noxiæ aquæ

Mox & ardores per armeniam:& niues per cappadociam & utriusq; cæli subita mutatio pro pestilentia fuit. Sic uix tertia parte de .xvi. legionibus:reliqua cum argentum passim dolabris concideret:& subinde inter moras mortem a gladiatore suo flagitasset:egregius imperator tandem profugit in syriam:ubi incredibili quadam mentis uecordia ferocior aliquanto factus est:quasi uicisset qui euaserat.

BELLVM CVM ANTONIO ET CLEOPATRA.

Vror Antonii quatenus per ambitū nō interiret & luxu & libidine extinctus ē. Quippe post parthos cū exosus arma:in otio ageret:captus amore Cleopatræ:quasi bene gestis rebus ī regio se sinu reficiebat. Hæc mulier ægyptia ab Ebrio ĩpetatore preciū libidinū romanū imperiū pętit:& promisit Antonius:quasi facilior esset partho romanus.

Atť. cultus in anto.

Igiť dominationē patare:nec tacite:sed patriæ:nois:tōgæ:fasciū oblitus:totus ut monstrum illud:ut mente ita animo quoq; cultuq; desciuerat. Aureū in manu baculū ad latus:& in acie purpurea uestis ingentibus obstricta gēmis diadema aderat:ut regina rex ipse frueref. Ad primū nouo⁊ motuū famā Cæsar a brundusio traiecerat:ut uenién bello occurreret. positisq; castris in epyro leucadē insulā montēq; leucatem:& ambracii sinus cornua infesta classe succinxerat. Nobis cccc. amplius naues. cc. non minus hostiū:sed nume⁊ magnitudo pensabat.

Atť. numerosum ordinem in manibus antonii

Quippe a senis in nouenos remo⁊ ordinibus:ad hæc turribus atq; tabulatis alleuatæ castello⁊ & urbiū specie. nō sine gemitu maris & labore uento⁊ ferebanť:quæ qdē ipsa moles exitio fuit. Cæsaris naues a triremibus in senos:nec amplius ordines creuerant. itaq; habiles in omnia:quæ usus poscebat:ad ĩpetus:& recursus:flexusq; capiēdos. Illas grauis & ad oīa p̄peditas singulas plures adortæ:missilibus simul:tum rostris:ad hoc ignibus iactis ad arbitriū dissipauere. Nec ullare magis hostiliū copia⁊ apparuit magnitudo:q̄ post uictoriam. Quippe ĩmensa classis naufragio belli facto toto mari ferebať arabumq;:& sabeo⁊ & mille aliarum gentium asiæ spolia:purpurā aurū quæ in ripam assidue mota uentis maria reuomebant. Prima dux fugæ regina:cum aurea puppe:ueloq; purpureo se in altum dedit. Mox securus Antonius:sed instare uestigiis Cæsar. Itaq; nec præparata in oceanum fuga:nec munita præsidiis. utraque ægypti cornua parethonium atq; pelusium profuere:prope manu tenebantur. prior ferrum occupauit Antonius.

Antonii & Cleopatræ exitus

Regina ad pedes Cæsaris prouoluta tentauit oculos ducis frustra. Nā pulchritudo intra pudiciciā principis fuit. Nec illa de uita:qua offerebatur:sed de parte regni laborabat. Quod ubi desperauit a principe:seruariq; se triūpho uidit:in cautiorē nacta custodiā:in mausæolū se (sepulchra regū sic uocāt) recipit. ibi maximos ut solebat indura cultu in differto odoribus solio iuxta suū se collocauit Antonium Admotisq; ad uenas serpentibus:sic morte quasi somno soluta est.

Ic finis armo⁊ ciuiliū. Reliqua aduersus exteras gentes. Quæ districto circa mala sua imperio diuersi orbis oris emicabāt. Noua quippe pax:nec dū assuetæ frenis seruitutis tumidæ gentiū inflatæq; ceruices ab imposito nuper iugo resiliebant. Ad septētrionē conuersa ferme plaga ferocius agebat:norici:illirii:pānonii:dalmatæ:mysi:thraces:& daci:sarmatæ atq; germani:noricis aīos dabant alpes atq; niues. q̨ bellum nō posset ascendere. Sed omnes illius cardinis populos brēnos:senones:atq; uindelicos:p priuignū suum Claudiū drusum pacauit. Quæ fuit callidarū gentiū feritas facile uel mulieres ostendere:quæ deficientibus telis infantes ipsos afflictos humo:in ora militum aduersa miserunt. Illirii quoq; sub alpibus agunt:imasq; ualles ea⁊ & quædā quasi claustra custodiunt abruptis torrētibus ĩplicari.

Bellum alpinum

In hos expeditionē ipse sumpsit fieriq; pontē ĩperauit. Hic se & aqs & hoste turbātibus cunctāti ad ascensum militi scutū de manu rapuit:& iuia primus:tūc agmine secuto:cū Illiricus multitudine pontē succidisset:saucius manibus ac cruribus speciosiore sanguine:& ipso periculo augustior:terga hostium p̄cidit.

Bellum Illyricum

Pannonii duobus saltibus:ac tribus fluuiis drauo sauo histroq; uallantur:populati proximos intra ripas se recipiebant:In hos domando Vibium misit:cæsi sunt in utrisq; fluminibus:arma uicto⁊ non ex more belli cremata sed capta sunt:& in profluentes data:ut cæteris q resistebant:uictoria sic nunciaretur: Dalmatæ plærūq; sub siluis agunt. Inde ad latrocinia promptissimi. Hos iam q dem Marius incensa urbe delminio quasi detruncauerat. Postea Asinius pollio gregibus armis agris mulctauerat. hic secūdus orator. Sed Augustus per domandos Vibio mandat:q effe⁊ genus fodere terras coegit:aurūq; uenis repurgare:

Bellum dalmaticum

q̨ alioqn gens oīum cupidissima studiosa diligentia acqrit:ut illud in usus suos seruare uideatur: Mysii q̄ feri:q̄ truces fuerint:q̄ ipso⁊ etiā barbari barbaro⁊ horribile dictu est. Vnus ducum ante aciem postulato silentio. Qui uos inqt estis? Responsum inuicē. Romani gētium domini: & illi: ita inquunt fiet:si uos uiceritis. Accepit omē Martius Crassus. Illi statim ante aciem imolato equo cōcepere uotū:ut cæsar extis ducū & litarét & uescerenť. Deos audisse crediderī:nec tubā sustinere potuerūt. Nō

Mysii

minimum terroris incussit barbaris Chonidus centurio satis barbaræ efficacis tamen apud pares ho
mines stoliditatis:q poculū gerēs super cassidē suscitatā motu corporis flāmā uelut ardēti capite fun
debat. Ante hos thracū maximus populus desciuerat. Ille barbarus & signis militaribus & disciplina
armis etiam romanis assueuerat. Sed a pisone perdomiti in ipsa captiuitate rabiē ostendere: qppe rū ca- Thraces
thenas morsibus tentarent: feritatem suam ipsi puniebant. Daci montibus inhærent Cotisonis regis
specio: quotiens concretus imperio danubius iunxerat ripas decurrere solebant & uicina populari ui Daci
sum est Cæsari augusto gentem aditu difficilimā submouere. Misso igitur Lentulo ultra ulteriorē re
pulit ripam: citra ꝑsidia cōstituit. Sic tunc Dacia non uicta sed summota atq; dilata est. Sarmatæ parē Cotiso rex
tibus capis inquietāt & hos ꝑ eundē Lētulū ꝓhibere dānubio satis fuit. nihil ꝑter niues rarasq; siluas
habēt: tāta barbaria est: ut pacē nō ītelligāt. Germaniā quoq; utinā uincere tāti nō putasset: magis tur Sarmatæ
piter amissa ē q̄ gloriose acqsita: sed quatenus sciebat patrē suū Cæsarē bis trāsuectū pontē rheno q̄sis
se bellū. In illius honorē cōcupiit facere ꝓuinciā. & factū erat: si barbari tā uitia nostra q; ipsa ferre po-
tuissent. Missus in eā ꝓuinciā Drusus primos domuit usipetes: inde cæteros ꝑcurrit: & tactos. Nam
marcominoꝝ spolus insignibus quendā editū tumulū ī trophei modū excoluit. Inde ualidissimas na Germani-
tiōes cheruscos: sueuos: & sicābros pariter aggressus est. Qui. xx. cēturionibus crematis hoc uelut sacra cum bellū
mento sumpserat bellū. Adeo certa uictoriæ spe: ut ꝑda in antecessum pactione diuiserint. Charusci
equos: Sueui auꝝ & argētū. Sicābri captiuos elegerant: sed oīa retrorsum. Victor nāq; Drusus equos:
pecora: torques eoꝝ: ipsosq; præda diuisit & uēdidit. Præterea in tutelā prouinciæ præsidia atq; ꝑuin
cias ubiq; disposuit. Per mosam flumen per albim: per insurgiā. per rheni quidē ripā qnquaginta am-
plius castella direxit bonā & genosiā cū pōtibus iunxit: classibusq; firmauit. inuisum atq; inaccessum
in id tempus hycinū saltū patefacit. ea deniq; in germania pax erat: ut mutati hoīes alia terra coelum
ipsum mitius molliusq; solito uideretur. Deniq; nō per adulationem sed ex meritis defuncto ibi for-
tissimo iuueni ipsi q; nunquā aliter senatus cognomē ex prouincia dedit. Sed difficilius est ꝓuincias
obtinere: q̄ facere uiribus parantur: iure retinentur: igitur breue id gaudiū fuit. Quippe germani ui-
cti magis q̄ domiti erant: moresq; nostros. magis q̄ arma sub īperatore Druso suscipiebant postquam
ille defunctus est: uari q̄ntilii libidinē ac superbia. haud secus: q̄ sæuiciā odisse cœperūt. Ausus ille age
re cōuentū & in castris ie dixerat: quasi uiolentiā & barbaroꝝ lictoris uirgis: & ꝑconis uoce posset
inhibere. At illi q iā pridē rubigine oblitos enses: inertesq; cernerent equos: ut primū togas & sæuio- Germani
ra armis iura uiderunt: duce Arminio arma corripiunt. Cū interitu tāta erat Varo pacis fiducia: ut ne rebellant
ꝑdicta qdē & prodita per Segestē unū ducū coniuratione cōmoueretur. Itaq; improuidū & nihil tale
metuentē improuiso adorti: cum ille (o securitas) ad tribunal citaret undiq; inuadunt: castra rapiunt:
tres legiones opprimunt. Varus perditas res eodē quo canensem diē Paulus & fato est & animo secu- Quintilii
tus: nihil illa cæde per paludes: perq; siluas cruentius: nihil insultatione barbaroꝝ intollerantius: præ uari & triū
cipue tamen in causaꝝ patronos: aliis oculos: aliis manus amputabant: unius hos sutum recisa prius legionum
lingua quā in manu tenens barbarus tandem inqt: uipera sibilare desiste. Ipsius quoq; cōsulis corpus cædes
quod militum pietas humi abdiderat: effossum. Signa & aqlas duas adhuc & barbari possident. tertiā
signifer priusquā in manus hostiū ueniret euulsit: mersaq; intra baltei sui latebras gerens in cruenta
palude sic latuit. hac clade factum: ut imperium quod in littore oceani nō steterat in ripa rheni flumi
nis staret. Hæc ad septentrionem. Sub meridiano tumultuatum magis q̄ bellatum est. Musulanios at
q; getulos accolas syrtium Cosso duce compescuit: unde illi getulici cognomē: latius uictoria patet. Getulici
Marmaridas atq; garamantas. Turnio subigendos dedit. Potuit & ille redire marmaricus: sed mode cognomen
stior in æstimanda uictoria fuit. Ad orientem plus negotii cum armenis huc alterum Cæsar ex nepo-
tibus suis misit ambo fato breues sed alter inglorius: massiliæ quippe Lutius morbo soluitur. In licia
Caius ex uulnere cum armeniam ad parthos se subtrahentem recipit. Armenios uicto rege Tigrane
in hoc unum seruitutis genus Pompeius assueuerat: ut rectores a nobis acciperent. Intermissum ergo
ius: per hunc reruperatum: non incruento nec multo tamen certamine. Quippe dominationis quem Caius in ly
rex artaxatis præfecerat: simulata proditione adortus uirum intentum libello quem ut thesauro- cia perut
rum rationem continentem ipse porrexerat: strictus ac recreatus ex uulnere in tempus: cæterum bar
barus undiq; infesto exercitu oppræssus gladio & pyra in qui se percussus immisit: etiam Cæsari sa-
tisfecit. Sub occasu pacata fere erat omnis hispania nisi q̄ pyrenei desinentis scopulis inhærentem cite
rior alluebat oceanus. Hic duæ ualidissimæ gentes Cantabri & Astures immunes imperii agitabant.
Cantabrorum & peior & altior: & magis pertinax in rebellando animus fuit. Qui non contenti li-
bertatem suam defendere: proximis etiam imperitare tentabant: uacceosque & curgonios & auri
gonas crebris incursionibus fatigabant: in hos igitur quia uehementius agere nunciabatur: non mā-
data expeditio: sed sumpta est: ipse uenit segisamam castra posuit: inde partito exercitu totam in diem Cantabro-
amplexus cantabriam efferam gentem ritu ferarum quasi indagine debellabat. Nec ab oceano quies: rum bellū
cum infesta classe ipsa quoq; terga hostium cederentur. Primum aduersus cantabros sub mœnibus
belgicæ præliatus est. Hinc fuga in eminentissimū uinium montē: q̄ maria prius oceani: q̄ arma roma
na ascensura esse crediderat. Tertio atracillum oppidum magna ui repugnat: captum tamen postre-

mo fuit: medulli montis obsidio: quem perpetua. xv. milium fossa cõprehensum cinxit undiq; simul adeunte romano: postquam extrema barbari uident: certatim igne ferro inter epulas ueneno q; : quod ibi uulgo ex arboribus taxis exprimitur percepere mortem: seq; pars maior a captiuitate: quæ uidebatur: uindicauere. Hæc per Antistium Firmum Agrippá legatos hibernans in taraconis maritimis Cæsar accepit. ipse præsens hos deduxit montibus: hos obsidibus adstrinxit: hos sub corona iure belli uédidit: digna res lauro: digna curru: senatui uisa est: & Cæsar tantus erat: ut posset triumphos contemnere.

Astures

Astures per idem tempus ingenti agmine a montibus suis descenderant: nec temere sumptus: ut ut barbaris impare & positis castris apud scuram flumen trifariam indiuiso agmine: tria simol romanorum castra aggredi parant: fuisset anceps & cruentum: & utinam mutua clade certamen. tunc tam fortibus: etiam subito, tam cum consilio uenientibus nisi drigecini prodissent: a quibus præmonitus Carisius cum exercitu adueniens oppressisset consilia. Sic tamen quoq; noti incruento certamine: reliquias fusi exercitus ualidissimi ciuitas lancia excepit. Vbi loci adeo certatum est: ut in captam urbé faces poscerentur egre dux impetrauit ueniam: ut uictoriæ romanæ stans potius esset q̃ incensa monumétum. Hic finis augusto bellicorum certaminum fuit. idem rebellandi finis hispaniæ certa mox

Pacátur nouissime hispaniæ

fides & æterna pax: cum ipsorum ingenio in pacis partes promptior: & cum consilio Cæsaris: qui fiduciam montiũ timens: in quos se recipiebant castra sua sed quæ in plano erant habitare & incolere iussit: ingentis esse consiliũ illud obseruari caput. Natura regionis circa se omnis aurifera minii q; & chrysocollæ & aliorum colorum ferax: igitur exerceri solum iussit. sic astures ut latétes in profundo opes suas atq; diuitias: dum aliis quærunt nosse ceperunt. Omnibus ad occasum & meridiem pacatis gentibus: ad septentrionem quoq; dumtaxat intra rhenum atq; damnubium. Item ad orientem intra eu-

Scytharũ legati sarmatharum legati

rum & euphraten: nili quoq; reliqui: qui immunes imperii erant: sentiebant tamen magnitudinem: & uictoriam gentium populi romani reuerebantur. nam & scythæ misere legatos: & sarmatæ amicitiam petentes. Seres etiam habitantes q; sub ipso sole Indi cum gemmis & margaritis elephantos quoq; inter munera trahentes nihil magis q̃ longinquitatem uiæ imputabant quadriennium impleuerát & tamen ipse hominum color ab alio uenire sole farebatur. Parti quoq; quasi uictoriæ pertineret. rapta clade crassiana ultro signa rettulere. sic ubiq; cuncta atq; continua totius generis humaoi aut pax

Atq; q̃ remotis terris legati romam uenetint

fuit: aut pactio. Ausus q; tandem Caius Augustus septiogentisimo ab urbe condita anno ianum geminum claudere: bis ante se clausum sub Numa rege: & uicta primum carthagine: hinc conuersus ad pacem pronum in omnia mala: & in luxuriam fluens sæculum grauibus seueris q; legibus multis coercuit: ob hæc tot facta ingetitia dictator perpetuus: & pater patriæ. Tractatum etiam in senatu: an quia condidisset imperium Romulus uocaretur: sed sanctius & reuerennius uisum est nomen Augusti; ut scilicet iam tum dum coli terras ipso nomine & titulo consecraretur:

Aurea Iustini Luciq; epithomata flori
Aere tibi modico candide lector eme.
Contrahit iste Titi numerosa uolumina liui.
Pompeii historias colligit ille Trogi.
Quam bene coniuncti: tiamq; hic ubi desinit: ille
Incipit: atq; unum pene uidetur opus.
Rite recognouit quos Iustinianus ad unguem
Romanus. Felix lector amice Vale.

Registrum.

a
prima alba
Iustini hystorici
res multorum
ratam. Et
b
aut fugientes
postulat sibi
uictores: q; ex
c
rem partem
regio sed hostil
si flentes regẽ
d
infestiores
pant rempu.
ris bellum
e
gratá uoluntaté
posteaq̃ tyranti
licto filio
f
eius memoriam
minores copiæ
quibus rebus
g
quadrata. nisi
Ad magnificum
ipse mente
h
Tum quidem
opibus & nomi
pacis iniecta;
i
citans signo
Sotiale bellum
si annum
nii foedere

Finis.

MARCVS ANTONIVS SABELLICVS IO. MATTHAEO CONTARENO VIRO PATRITIO SALVTEM.

Recognoui his paucis diebus Iustini: & Lucii Flori Epitomen: Fuitq; ea mihi lectio parum iucunda non Quia non uterq; sit amabilis. & ut hic ex Liuii maiestate multum referens: ita ille ex Trogi grauitate. Verum Romanæ. Peregrinæq; historiæ imaginē uelut duplici Tabella intuitus non sine dolore animi admonebar. Quantum in duobus uiris Quorum hi lineamēta uerius q̄ Typum expressere amisisset posteritas. Cæterum si fatorum inuidia ea fuit ut tanta hominum Indole necessario carceremus. haud uulgaris gratia debetur his: per quos demum consecuti sumus ut si non corpus: imaginem saltem tantarum lugrubationum teneremus. q̄q̄ (Pro dolor) ne hanc quidem umbram nisi mendosam: claudam: & corruptā: librariorum siue inicitia siue incuria ad posteros transmisit: scio ego uirum nostri temporis ingenio. & erruditione Florentem in hoc multum operæ adhibuisse ut Florus ipse q̄ emēdatissime legeretur. Sed uel suo ipsius iudicio uel quod magis Credo liberariæ officinæ uitio parum quod uoluit effecit: Quod tu uir eruditissime ita esse facile deprehendes si recentia exemplaria (nisi ego quoq; pari fraude sum deceptus) cū ueteribus illis contuleris. Nihil enim q̄ ad eam recognitionē attineret. Quæ diligentissima esse potuit a me prætermissum puto: nec Bernardinus Rasinus Nouocomensis homo in hoc librario opificio supra q̄ dici possit accuratus: & diligens: gerendæ rei defuit: sed sic ego euenire arbitror ut nihil Quod a nolentibus. & inuitis fiat recte fiat Tu uero quid in hac parte profecerimus uide ac boni cōsule. Vale.

[illegible] 34 [illegible]

35

JUSTINUS

IN POMP

HISTORIA